Google

### Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

### Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

### Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

B. C. D.

# Juriſten, gute Chriſten.

SIVE

# SCHEDIASMA
HISTORICO-LITERARIUM

DE

# PIETATE ET SCRIPTIS THEOLOGICIS JURIS-CONSULTORUM,

QVOD

RATIONEM OTII SUI REDDITURUS ILLIS
QVI HISTORIÆ LITERARIÆ JUSTUM
STATUUNT PRETIUM
IN LUCEM EMISIT,

JOHANNES PHILIPPUS SCHMIDIUS,
SCHOENEBECA-MAGDEBURG.

ROSTOCHII,
Typis IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typographi.
M, DCC XXX.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA HAMBURG. PUBL.
DUPLUM VENDITUM
Digitized by Google

1476 bb 41.

# VIRO
PER-ILLUSTRI, GENEROSISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
# DN. LUDOLPHO DIETERICO
DE **Hugo**,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI MAGNÆ BRITTANNIÆ REGIS & ELECTORIS BRUNSVICO-LUNEBURGICI CONSILIARIO JUSTITIÆ INTIMO,

EJUSDEMQVE

AD PRÆSENTEM IN TERRIS MECKLENBURGICIS CÆSAREAM COMMISSIONEM SUBDELEGATO EMINENTISSIMO, HÆREDITARIO in Lithe, &c. &c.

NEC NON

X 2

Digitized by Google

# VIRO
PER-ILLUSTRI, GENEROSISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
# DN. AUGUSTO ERNESTO CAROLO
DE GRONE,
SERENISSIMO DUCI BRUNSVICO-LUNEBURGICO A CONSILIIS LEGATIONUM SECRETIORIBUS,

EJUSDEMQVE

AD PRÆSENTEM IN TERRIS MECKLENBURGICIS
CÆSAREAM COMMISSIONEM
SUBDELEGATO EMINENTISSIMO,

HÆREDITARIO in Weſterbrack, &c. &c.

Digitized by Google

DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS

DE

NOVI ANNI

FELICI INGRESSU CONGRATULATUR

ET

IN PUBLICUM

DEBITÆ DEVOTIONIS

TESTIMONIUM

HANC QVALEMCUNQVE OTII USURAM

CUM

INTIMIS

OMNIGENARUM FELICITATUM

SUSPIRIIS

Digitized by Google

SINCERO MENTIS AFFECTU

DEDICAT,

SEQVE SIMUL EA, QVA PAR EST,

OBSERVANTIA

COMMENDAT,

CULTOR OBSEQVIOSISSIMUS

JOHANNES PHILIPPUS SCHMIDIUS,

AUTOR.

Digitized by Google

# C. D.

# PRÆFAMEN.

QVanto in honore olim poſitum fuerit Jurisconſulti atque Advocati nomen a) quantisque legalis prudentiæ cultores antiquioribus temporibus condecorati ſint elogiis., facili negotio tum ex noſtro Juris corpore, tum ex aliis ſcriptoribus fide dignis ad nauſeam usque doceri atque probari poteſt. Præterea enim, quod *ſacerdotum Juſtitiæ* b) nomine veniant, & *clariſſimi* ac *ſpectabiles* dicantur c) unicum ſaltim locum ex Corpore Juris adducam; Sic *in L. 14. C. de Advoc. diverſ. jud.* Imperatores LEO & ANTHEMIUS legalis ſcientiæ peritos ampliſſime hiſce verbis deſcribunt: *Advocati qui dirimunt ambigua fata*



Digitized by Google

*cauſarum, ſuæque defenſionis viribus in rebus ſæpe publicis ac privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam ſi præliis atque vulneribus patriam, parentesque ſalvarent. Nec enim ſolos noſtro Imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis & thoracibus utuntur, ſed etiam Advocatos; militant namque cauſarum Patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt.* Addo, quod parens iſte JCtorum PAPINIANUS ab Imperatore SEVERO, uti SPARTIANUS fidem facit d) *Juris aſylum & doctrinæ legalis theſauris* dictus ſit. e) Sed tempora mutantur & homines in illis mutari ſolent; Poſtmodum enim multi Themidos filii cognitionem Legum, quibus Jura continentur, methodo plane perverſa ſibi comparârunt. Certe acquiſitam Juris ſcientiam, non, ut debuiſſent, in DEI gloriam & proximi emolumentum dextre applicarunt; adeo ut multi extiterint, & Proh! non pauci adhuc inveniantur, qui ſufficienti ſolidaque Juris ſcientia haud inſtructi cauſas ſuſceptas perdunt, injuſtas cauſas malitioſe diſſimulant & defendunt, homines â litibus plane abhorrentes, (ut, avaritiæ litando, divitias corradant,) f) ad litigandum alliciunt, & denique ſalaria ultra meritum â clientibus exigunt; Et quis omnia JCtorum & Advocatorum nequitiæ g) genera, quorum integræ catervæ, & quid catervæ? legiones produci queunt, recenſere valet? Non aliter proinde evenire potuit, quam quod munus Advocatorum pro vili & contemtui obnoxio h) a plurimis habitum & nomen JCti multis imo innumeris convitiis affectum

ctum & plane exoſum factum ſit, hinc multos absque ullo diſcrimine ſine fronte ac mente generatim in JCtos & Advocatos variis ac infrunitis ſcommatibus debacchari quotidiana docet experientia; Nam, que Juriſconſultus vocatur *ruris tumultus*, Legum Doctores, dicunt *legum dolores & contortores*, Juriſtæ ſunt *Jurgiſtæ & bonorum extortores*, Juriſperiti, *Jure perditi*, Juriſten böſe Chriſten. i) Zungendröſcher, Streit=Köpffe, Gerichtſchreyer, Taſchen=und Beutel=Feger, Bundmacher, Cauſen-Macher, Krumbmacher, Geld=Habichte k) Galgen=Prediger ꝛc. & quæ ſunt alia ſcommata l). Sed faceſſant iniqui ordinis JCtorum & Advocatorum obtrectatores atque oſores malevoli, nec indiſtincte in illos convitia evomant; m) Quamvis enim non pauci inveniantur, qui arte ſua maxime abutuntur eamque miris modis contaminant & nequitiam legibus protegunt, ſuamque Deam, n) quam colore debebant quovis nummo per commiſſum ſcelus proſtituunt, abſit tamen, ut ob ejusmodi damnatos abuſus, univerſo JCtorum & Advocatorum cohorti ignominioſa dica indiſtincte ſcribatur. Sunt certe mali bonis mixti & vixêre ſemper & noſtro adhuc tempore vivunt JCti ſimul ac Advocati, qui DEum o) haud fucato quodam timore colunt, qui ſacrum Codicem perlibenter ac perdiligenter legunt releguntque & ad hanc normam vitæ actiones prudenter inſtituunt, ſuum cuique tribuunt, &, dum ſic per omnem vitam verum in cauſis ſequuntur, jure meritoque *ſacerdotes juſtitiæ* appellantur. Hujuscemodi vero JCtorum Catalo-



Digitized by Google

gum, atque cumprimis eorum qui in edendis *Theologicis ſcriptis* vires ac ſtylum exercuêre tuis oculis B. L. in præſenti Schediaſmate p) ſubjicere animum induxi. *Salvô tamen Theologorum noſtratium de Viris hiſce eorundemque ſcriptis judicio, quod â foro pariter ac inſtituto meo novi alienum.* Sed â Jove principium de Jove finis erit!

a) vid. RUDINGERI, *Obſervatt. Jur. Cent. I. Obſervat. X. num. 2.*

b) vid. Doctiſſ. WILDVOGELII, Meditamenta in *Electis Juris tam Civilis quam Canonici & Saxonici*, & quidem in Mantiſſa num. 2. add. *Wolffg. Nic.* GEUDERI diſſ. *de Sacerdotio Juris*, Altd. hab. nec non Georg. RADOVII, JCti Academiæ Roſtochienſis quondam celeberrimi, dp. *de Officii JCtorum ſacerdotali.* Roſt. 1683.

c) L. 4. §. 1. C. de *de Avoc. diverſ. Jud.*

d) in vita SEVERI, cap. 21.

e) Plura PAPINIANI, ut & generatim JCtorum Romanorum encomia collegit Dn. SLEVOGTIUS, in præfatione quam *de Elogiis JCtorum* præmiſit Opuſculis, *de Sectis & Philoſophia JCtorum*, Jenæ 1724. 8. ed. conf. *Gratiani* ASCHPANI, libellus, *de ſuperſtitione erudita & literaria*, Sect. II. §. 28 in notis. CHASSANÆI, *Catal. gloriæ mundi.* Part. VII. Conſiderat. 28. p. m. 294. LIMNÆUS, in dp. *de Academiis*, Theſ. 7. not. b. Dn. BRüCKNERI, programma *de Neceſſitate legum & Advocatorum*, Jenæ, 1719.

f) *Nicol.* HENELIUS, in *Otio Vratislavienſi*, cap. 6. p. m. 46. ſcribit: *Plerique JCtorum.*

*qui linguam cauſis acuunt, & civica jura*
*reſpondere parant,*

*non ad Aſtræam, ſed ad Colchos & ad aureum illud vellus eunt: non ad legem ſupremam, populi proximique ſalutem, ſed ad privatum*

*vatum commodum & quaſtum: ſæpe impium cuncta referunt: Nullam ob id Juris partem ſanctiorem magisque putant ſuſcipiendam, quam quæ plane Midas aut Crœſos ipſos reddere poſſint: Leges, ut ceram, habent: pro animo & lucello ſuo huc illuc ducunt & inflectunt: juſtum ſuſpenſa quaſi hederâ venale exponunt: in plagas ſuas ſemel compulſos, haud, niſi probe depilatos, dimittunt: ac proinde moribus ſuis efficiunt, ut quod* AMMIAN. MARCELLINUS *de ſui temporis JCtis ſcripſit:* Etſi voluntate matrem tuam finxeris occidiſſe, multas tibi ſuffragantes abſolutionem lectiones reconditas pollicentur, ſi te nummatum ſenſerint, *haud injuria in ipſos dici poſſit.*

g) vid. omnino *Caſp.* ZIEGLERUM in *Rabuliſtica*; HOLTERMANNI, diſſ. de *Nequitia Advocatorum. Frider.* GERDESII, dp. von Juriſtiſchen Sindgen, Lipſ. 1717. recuſ. *Guil. Hieron.* BRUCKNERI, dp. von Advocaten-Streichen, Jenæ, 1720. *Joh.* MUNSTERI, dp. de Stratagematibus, Aboæ, 1707. §. 7. *B.* STRYCKII, diſſ. de *Conſcientia Advocati.* add. *Ahasv.* FRITSCHII Tract. de *Peccatis Advocatorum.* Ejusd. beſchämter Geſchenck-Freſſer. it. *Jo. L.* Wiederholdts, *Repræſentatio Judicis muneribus ac donis corrupti*; ZAUNSCHLEIFFERI, *Miles togatus*, §. 32. & 33.

h) Evolve Dn. *Aug.* LYSERI, Progr. *de ſummo Jurisprudentiæ & JCtorum contemtu in Romana Rep.* Wittenb. 1708. ed. *Dan. Frid.* JANI, Obſervat. quam *de odio veterum Germanorum in cauſarum patronos*, Tom. IV. num. 88. pag. m. 209. ſeqv. *Miſcellan. Lipſienſ.* inſeruit. add. Perſonati Hippoliti *a* LAPIDE præfat. libro *de Ratione ſtatus in* J. R. G. præfixam, ubi JCtos amarulento plane penicillo depingit, eosque ferme ab omni dignitate & honoris cultu revocandos exiſtimat. Iubet h. l. apponere ex *Jac.* SOLODORENSIS, *Moralibus* verſus ſequentes:



Digitized by Google

*Dirue Juriſtas DEus, ut Satanæ citbariſtas,*
*Linguas venales qui dicunt & Symoniales,*
*O DEus extingues hos pingues atque bilingues;*
*Frontis enim tritæ ſunt, horrendæ quoque vitæ,*
*Hi ſunt fautores ſcelerum, fraudisque miniſtri &c.*

i) Proſtat peculiaris & lectu jucundus libellus, cui tit. *Leonh. S.* von MELTORFS, Juriſten-Spiegel durch Anleitung des Sprüchworts: Juriſten ſind böſe Chriſten, Hamb. 1666. 12. cujus ſcripti verus autor eſt *Leonh.* Schrigmeyer, vid. PLACCIUS, in *Theatro anonym.* p. 460. b. add. h. l. HERTIUS ad paroem. Juriſten böſe Chriſten in Opuſculis Vol. I. Tom. 3. p. m. 386. ſqv. it. *Jo.* HARPRECHTI Orat. de dicterio vulgari: *Bonus JCtus, malus Chriſtianus*, inter illius Orationes Tubingæ a. 1619. junctim ed. Orat. IX. p. m. 123.

k) Suo jam tempore APULEJUS Lib. X. Metamorph. p. m. 235. *Advocatos viliſſima capita, forenſia pecora ac togatos vultures* vocavit. conf. ad iſtum locum *Jo.* PRICÆI notas pag. m. 648

l) vid. HOLTERMANNI *diſſ. cit.* ſtatim ab initio; Dn. WILDVOGELII. *Electa cit.* p. m. 148. *Caſp. Matth.* MULLERI, diſp. *de feſtinatione Judicis illicita*, C. IV. n. 20. De B. Melanchtone refert MELTORFFIUS antea alleg. p. 11. quod JCtos appellaverit: *Contemtores legum, ferentes lites ex litibus, deglubentes clientes, depeculantes rempubl. Ludificantes Judicia.*

m) Bonum interim cordatumque JCtum decet, ut conſtantis ſit animi, vulgique inconſideratam maledicentiam Spartanâ nobilitate concoquat, ne forte, dum genus vitæ quod ſemel elegit, cum *Jo. Petro* ALA, mutare ac deſerere ſecum conſtituit, cachinnis aliorum ſemet exponat.

Digitized by Google

nat. Iſte nimirum tremuli animi Vir, ipſe in Tract. *de Advoc. & Clauſid. Chriſtian. p. 2 Exhort. 3. ait: Se ingenti ſtupore percu ſſum, cum aliquando legiſſet, ſubulcum quendam multum elaboraſſe, ut porcos ageret in ſuile, & tandem indignatum exclamaſſe: Eatis tandem in hoc ſtabulum, ſicuti Procuratores & Advocati in infernum, & continuo gregatim omnes introiviſſe.* *V.* STRYCKII dp. de *Conſcientia Advocati*, pag. m. 9.

n) *De Numinibus JCtis olim ſacris* peculiarem Diſſ. ed. *C. G.* WILLISCHIUS, Lipſ. 1720.

o) *Jo.* TAUTIUS, J. U. D. in Diſcurſu *de Rerump. inferioris Saxoniæ illuſtrium perfecto regimine & ſtatu*, edit. Francof. 1629. 4. pag. 9. ita ſcribit: *Multi fuerunt, atque etiamnum ſunt ex JCtis viri celeberrimi, qui vitæ innocentia, atque morum honeſtate inter alios ut Juris Juſtitiaque incorrupti ſacerdotes, tanquam ſtellæ lucidiſſimæ fulſerunt & adhuc fulgent; ut ſanctos qui ex legali Philoſophia prodiêre & coronam Martyrii a Chriſto receperunt (quales Annam* BOURGIUM, *Conſiliarium Regium Lutetiæ, Jo. de* CADURCO, *Relandum* TAYLOR *aliosque fuiſſe ſcimus) omittamus.* Neque dubitat GROTIUS, quin *multi ex Juris Sacerdotibus Chriſti ſacerdotes facti ſint, quod ea in religione omnia Juris præcepta viderent eminentiora contineri* vid. Ejusd. *Commentar. in Tit. III.* 13. Notatu h. l. quoque dignum eſt reſponſum B. BRENTII, Summi Theologi, quod *Hier.* GERHARDO (qui ad ſtudium Juris inclinatione naturali ferebatur, Pater autem Theologiæ ipſum conſervare cupiebat) dedit: *DEum in eccleſia non modo bonis & Doctis Theologis ſed probis quoque JCtis opus habere, & unum JCtum pium plus eccleſiæ prodeſſe poſſe, quam multos Theologos doctos.* vid. FISCHLINI, Vitas *Cancellariorum & Procancellar. Ducatus Wirtenbergici*, num. 4. pag. m. 7.

p) Alias circa hanc materiam conf. *Franc.* LANOVII, Syntagma

tagma hiſtor. *de Sanctis Cancellariis Franciæ*, Pariſ. 1634. *Joh.* ROBERTI, *Sanctorum quinquaginta Juriſperitorum elogia contra populare commentum de ſolo Ivone.* Leodii, 1632. 12. *Pauli* WINDECCII *Theologia JCtorum*, Colon. 1604. 4. (qui tamen ex ſententia HAHNII ad WESENBECIUM *tr. de J. & J.* p. 64. leges Juſtiniani & aliorum ſacras impudenti facto flectere & detorquere in ſenſum contrarium adverſus Lutheranos nititur.) *Henr. B.* HABERKORNII, Reip. Gorlicenſis Syndici, *Religio JCtorum*, Lipſ. 1677. 4. B. Dn. CARPZOVII concio funebris, quam B. CREUSELIO, JCto Lipſienſi a. 1676. habuit, cui tit. Juriſten gute Chriſten. *Corn. van* ECK, Orat. *de Religione & pietate veterum JCtorum*, inter Dn. SLEVOGTII Opuſcula ſupra alleg. p. m. 342. *Henr.* KNIPHOFFII, diſſ. quam *de JCtis bonis Chriſtianis*, ſub Dn. ZIEGLERI præſidio habuit, Erford. 1711. HEINECCII, diſſ. *de JCtis chriſtianis priorum ſeculorum eorumque in eccleſiam meritis.* Halæ 1714. *Joh. Godofr.* MEIERI, Theſes Philoſ. ad Paroemiam: Juriſten gute Chriſten. Gieſſæ, 1719. 4. *C. Henr.* BROEMELII, Marlishuſani Paſtoris, Obſervatt. quas *de Theologis ex JCtis* Tomo IX. num. 190. pag. 132. ſeqv. & Tomo X. num. 204. p. 59. ſqv. Miſcellaneis Lipſienſ. inſeruit. C. C. SCHRAMMII, Sched. de Uſu & neceſſitate humaniorum in Juriſprud. §. 8. & 9. Promiſit quoque XX. jam ante annos Doctiſſ. Dn. STARCKIUS, Paſtor Siebenbaümenſis, Exercitationem *de Luteraniſmo ab JCtis promoto.* Vid. *Nova liter. maris Balth.* an. 1708. pag. 86. ſed illius forte labor nondum in lucem editus eſt, certe in manus noſtras hactenus non incidit.

( o )

SCHE-

Digitized by Google

# SCHEDIASMA
## De
## PIETATE ET SCRIPTIS THEOLOGICIS JURIS-CONSULTORUM.

### §. I.

M*Artinus* itaque AICHMANNUS a) JCtus & Cancellarius Würtenbergicus, agmen ducat, de quo FISCHLINUS hæc habet: *Literarum commercium cum celeberrimis Theologis per Germaniam habuit, & ingentem librorum Theologicorum Suppellectilem poſſedit, imo ipſemet ſcripta Theologica adornavit;* Scilicet. 1. *Enchiridion hiſtoriæ Paſſionis, mortis, reſurrectionis & aſcenſionis Domini ac redemtoris noſtri JEſu Chriſti, miſſionisque Spiritus S.* b) 2. Tract. von den ſchröcklichen Greueln, ſo heutiges Tages im Pabſtthum und in der Calviniſchen Lehrer-Büchern zu findeu, mit gründlicher Ableinung und Wiederlegung derjenigen Greueln, ſo den Evangeliſchen unbilliger Weiſe zugemeſſen werden. c)

a) vid. de ejus vita *Lud. Melch.* FISCHLINI, *Vitas præcipuorum Cancellariorum Ducatus Würtenbergici, num. VII. p.* 15. *ſeqv.* add. FREHERI, *Theatrum viror. eruditor.* p. m. 10008. *ſqv.*

b) prod. Tubingæ, 1591. 8. conf. HENDREICH in *Pandect. Brandenb.* pag. 72. b.

c) Lipſ. 1616. 4.

§. II.

De *Georgio* ALANDO, JCto, WERENBERGII verba adducit B. GOETZIUS: Seine (Alandi ſc.) hinterlaſſene Bibliothec und Manuſcripta können erweiſen, wie viel er in der Erkäntniß GOttes und der H. Schrifft zugenommen, als bey welchem man nicht nur viel Theologiſche und Geiſt-reiche Bücher, ſondern auch viel aus den Predigten gefaßte Anmerckungen, wie auch einige chriſtliche und gelehrte Gedancken über die H. Göttliche Schrifft und Articul des Glaubens finden wird. a)

a) vid. GOETZIUS in *Puero decenni* p. 5. MANTZELIUS, de *Georgiis fama & eruditione claris*, Lemm. 58. p. m. 58.

§. III.

Ad *Marium* ALTERIUM progredior, cujus in vita ERYTHRÆUS a) ſequentia refert: *Cooptatus eſt* ALTERIUS *in collegium ſacræ Conſiſtorialis aulæ Advocatorum idemque electus, qui, ingenii, legumque præſidio, pauperum innocentiam, ab iniquorum calumniis, Judiciorumque poena defenderet. In quo præſertim munere, ad extremum usque vitæ ſpiritum, non ſine magna charitatis laude verſatus eſt. Tanta enim vi, eorum, quibus egeſtas imperabat, patrocinium acceperat, ut pro cujusque illorum ſalute non minus laboraret, quam ſi arcta ſibi eſſet cognatione propinquus. Cujus tam inſignem in pauperes miſericordiam, tum ille, quo mortuus eſt, annus declaraſſe videtur. Annus enim* 1550. *vitæ illi initium fecit, annus vero* 1600. *vitæ ejusdem exitum attulit; qui omnes piaculares*

*anni*

Digitized by Google

*anni fuerunt; ut quodammodo divini Numinis providentia factum fuiſſe videatur, ut eum, qui futurus eſſet ex miſericordia in pauperes clarus ac nobilis, eo tempore & naſci & mori contingeret, quo tempore divinæ in omnes homines miſericordiæ lumen clarius eluceſceret.*

a) *In Pinacoth.* II. *Imaginum illuſtrum viror.* pag. m. 322 ubi & pag. præced. 321. de familia hujus viri hæc annotavit: *Familia* ALTERIA *eſt cumprimis Romæ vetus ac nobilis; nam & platea, celeberrima parte urbis, jam pridem ALTERIA vocatur, multosque domi militiæque claros viros reipublicæ genuit, ac noſtrâ memoria quatuor præſtanti pietate fratres, ex optimo patre, edidit,* MARIUM, RUTILIUM, LAURENTIUM & HORATIUM, conf. HENDREICH, in *Pandectis Brandenb.* p. m. 128. b.

## §. IV.

*Godofredum* AMMANNUM a) Conſiliarium Cæſareum & Rep. Auguſtanæ Duumvirum, B. GRUNDMANNUS b) hoc condecorare non dubitavit elogio: *Ob ardentem Numinis cultum & ſinceram animi pietatem, itemque quod inter funeſtas præſertim invaſionis Gallo-Bavaræ calamitates vere fuerit nutantis Reipublicæ fulcrum, Eccleſiæ periclitantis vindex, Juſtitiæ multum afflictæ aſſertor, afflictorum civium levamen, miſerorum inopumque ſolatium.*

a) De AMMANNORUM familia vid. *Hiſtor. Regim. Auguſtani,* Lib. I. p. 15. ſeqv. Noſtri ſymbolum fuit: *Dominus providebit.* vid. *Theod.* CRUSII, *Symboloth. docta*, p. m. 24.

b) V. R. GRUNDMANNI, *Oſſa & cineres* a. 1716. *defunctorum*, pag. m. 63.



Digitized by Google

## §. V.

De *Samuele* ARMBRUSTERO, Hungaro, ſcribit CZWITTINGERUS, a) *quod patrii Juris probe gnarus ac præter aliarum virtutum ſtudia, pietatis quoque & vitæ purioris ſectator fuerit eximius.* In aliorum quoque incitamentum libellum hoc ſub titulo edidit: *Biſſenæ, piæque agitationes mortis & æternitatis, ad omnium haſce agitationes induſtrié practicantium æternam ſalutis promotionem. b*)

a) In *Hungaria literata Specim. pag. m.* 25.

b) *Prod. Poſonii* 1671. 12. recuſ. curâ M. SEINSHEIMERI, *Altdorffii*, 1703. 8.

## §. VI.

*Martinus* AZPILCUETA, a) Navarrus, qui Toloſæ, Salamanticæ, Conimbricæque Jus Pontificium docuit, ex teſtimoniô ERYTHRÆI, b) *hominum præſertim animos, ad ſe, admirabili vitæ integritate & innocentiâ converterat; quam nunquam, ut multi faciunt, a præſtantia doctrinæ ſegregandam eſſe duxit. Nullum diem abire ſinebat, in quo horarias preces non recitaret, in quo humilibus ac demiſſis precibus DEO non ſupplicaret, ac rei divinæ faciendæ conſuetudinem non teneret. - - - Pauperes vero ita cordi cari erant ſuo, ut ſæpe de quotidianis ſumtibus non parum demeret, ſuum defraudans genium, quo ſuppeditare illorum neceſſitatibus poſſet.*

a) Vitam AZPILCUETÆ vid. in ERYTHRÆI, Pinac. I. pag. 1. ubi inter alia & hæc annotavit ERYTHRÆUS: *quod*

Digitized by Google

*quod* AZPILCUETA *tribus Summis Pontificibus nimirum* PIO, V. GREGORIO, XIII. & SIXTO, V. *eximie carus fuerit ac quidem* GREGORIUS *iſte* XIII. *tantum homini huic honorem habuerit, ut, cum per urbem iter habens, ante ejus ædes obequitaret, continuo juberet evocari eum foras, & integram fere horam in via detineret.* Conf. de eo THOMASINI, *Eleg.* p. m. 79. ANTONII, *Biblioth. Hiſpan.* Tom. II. p. 74. ſeqv. De Libro, quem ſub tit. *Enchiridion* ſ. *Manuale confeſſariorum ſive pœnitentium*, edidit Antverp. 1581. 4. Vid. *Doctiſſ.* CRENII, *Animad. hiſt. Philol.* Part. XII. p. m. 206. add. Dn. a SEELEN *Selecta literaria*, Num. I. pag. m. 11. in not.

b) cit. l. p. m. 2. & 3.

## §. VII.

*Reinerus* BACHOVIUS, a) JCtus & Fiſci Electoris Palatini præfectus, Vir vitæ integerrimæ fuit, orthodoxæ religionis ita amans, ut nec carceres, nec, ſi ita DEO viſum, mortem ipſam voluerit defugere. Moribundus verbis AMBROSII ſeſe erexit: *Non timeo mori; quia habemus bonum Dominum. Frequenter etiam in ore habuit illud* JOHANNIS: b) *Non miſit DEus filium ſuum in mundum, ut damnet mundum, ſed ut ſervetur mundus per eum, qui credit in eum non condemnatur.* Propagandæ veritatis Evangelicæ ſtudio edidit, *Catecheſin Palatinatus*, teſtimoniis S. Scripturæ ac ſententiis patrum exornatam & illuſtratam. c)

a) De BACHOVII vita & ſcriptis. vid. ADAMI, *Vitas JCtorum*, edit. Heidelberg. 1620. 8. pag. m. 469. FREHERI, *Theatrum* pag. m. 999. ſeqv. HENDREICH, in *Pandectis Brandenb.* p. m. 378. b.

b) *Joh.* III. 17. 18.

c) Verba ſunt ADAMI, cit. l. pag. 472.

## §. VIII.

*Laurentius* BANCK a) J. U. D. ac Profeſſor in Academia Franequerrana Friſiorum, non immerito locum hic quoque inveniet, eo quod luci publicæ dederit, diſſ. *de Tyrannide Papæ in Reges & Principes chriſtianos* b) nec non *Taxam Cancellariæ Apoſtolicæ.* c)

a) Vid. de eo *Jo.* SCHEFFERI, *Sueciam literat.* edit. MOLLERI pag. 192. & HENDREICH in *Pandectis Brandenb.* p. m. 403. a.

b) *Prod. Franequ.* 1649. 12.

c) *Prod. ibid.* 1651. 8. de hoc libello (qui inter libros *rariores* refertur in *Amoenitat. liter.* Tom. II. num. 1. pag. m. 367. & cujus editor, non vero autor eſt BANCKIUS ille) vid. præfationem meo exemplari, quod an. 1664. Sylvæducis & Belgico & latino idiomate lucem vidit, præfixam. Add. *Dan.* FRANCI, Diſquiſit. *de Papiſtarum Indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum*, §. 101. pag. m. 114. ſeqv. & ibidem ex *Gisb.* VOETII Diſputatt. ſelectis adducta verba; ſcribit nimirum cit. VOETIUS de *Taxa iſta Cancellaria Apoſtolica*, hoc modo: *Velim obteſtatos omnes publicos reformatarum ſcholarum, eccleſiarum, politiarum Bibliothecarios, exemplaria illa, ſi qua in ipſorum poteſtate ſint, capſis incluſa diligenter cuſtodiant, ne à plagiariis auferantur: aut ſi non ſint, hoc agant, ut à privatis ſive bibliopolis, ſive viris literatis, prece aut pretio quovis redimant.* Juvat quoque lepidiſſimi *Ulrici* de HUTTEN epigramma, quod in tergo tituli editionis meæ, jam memoratæ, legitur, hoc loco ſubjungere:

*Liquit*

Digitized by Google

*Liquit Aventinas arces, Tarpejaque ſaxa,*
*Et debellata cætera in urbe PETRUS.*
*Proque PETRO ſubit ille SIMON, regnatque per arces;*
*Et debellata regnat in urbe SIMON.*
*Neſcio quo navis captiva, Eccleſia quo ſe*
*Proripuit, Romæ eſt tale videre nihil.*
*Vendit ſacra SIMON, venditque profana perinde;*
*Atque ita me Chriſtus, omnia vendit, amet!*
*Non tutum eſt emere iſta tamen; licet emeris auro,*
*Redditur a plumbi ſtemmate bulla gravis.*
*O Bullas, atque ô Romam, regemque SIMONEM!*
*Sacra emere, & Romæ vendere ſacra licet?*

## §. IX.

*Johannes* BARBEYRAC a) Prof. Juris apud Groeningenſes Celeberrimus, præter alia egregia opera b) ætatem omnino duratura, prodire juſſit *Reflexions ſur un paſſage de* SAMUEL. *Liv.* II. *Chap.* I. v. 19. c) itemque verſionem Gallicam *Concionum* TILLOTSONII, d) Angli, quas notulis quibusdam ornavit, præfationibusque aliquando longioribus, in quibus de rebus magni momenti nonnunquam agitur. Nec tacenda erat ejusdem Oratio, e) de *Magiſtratu forte peccante ê pulpitis ſacris non traducendo*, quam Gröningæ a. 1721. dixit.

a) De illo ejusque ſcriptis vid. Neuer Bücher-Saal, Part. X. num. 4. *Nova liter. Helvet. de* a. 1713. *p. m.* 12.

b) Sc. Verſiones Gallicas PUFENDORFFII *de Jure Nat. & Gent.* ac *Hug.* GROTII, *de Jure B. & Pacis.*

c) Vid. *Nova literar. Helvet. cit.* l.

d) TIL-

d) TILLOTSONIUS Archiepiſcopus Cantuarienſis fuit, & a. 1694. obiit.

e) *Prod. Tubingæ* 1724. 4.

## §. X.

*Johannes* BERENT, J. U. D. ac Boruſſiæ Regis Conſiliarius Aulicus, notus eſt ob librum, cui tit. *Regius Evangelicorum Philadelphianiſmus* ſ. *Amica invitatio, ad ineundum pacis religioſæ atque unionis Evangelicorum foedus & conſequenda communia mutua dilectionis fraternæ & arctioris concordiæ Jura & emolumenta.* a)

a) *Prod.* liber iſte impenſis Regiis a. 1711. 4. & recenſetur in der Gelehrten Fama, Part. XIII. num. 7. pag. m. 39. ſqq. in Unſchuld. Nachrichten de an. 1711. pag. m. 541. ſeqv. Contra librum noſtri STIEGLITZIUS prodire juſſit Tr. *ſub Tit. Philadelphianiſmus Berentianus ſub examen vocatus*, Wittenb. 1713. 4.

## §. XI.

*Joachimus* a BERGE a) Equeſtris Ordinis in Sileſia quondam Senator hiſce ab ADAMO b) laudatur verbis: *Vera pietas altiſſimas in ejus pectore radices egerat: cum ſummam doctrinæ, quæ ſecundum pietatem eſt, â prima pueritia ex verbo DEI didiciſſet ac religioſiſſime ſemper eſſet amplexatus. Hac inflammatus DEum quotidianis precibus aſſidue non ſine calidis lacrymis eſt veneratus. - - teſtatæ ſunt idem precum quotidianarum formulæ, quæ nihil niſi purum merumque DEI amorem, & piam pro Eccleſiæ & Republicæ ſalute ſolicitudinem ſpirant ac loquuntur. Has ipſas ardentiſſimis ſuſpiriis & gemitibus:*

*Credo*

*Credo Domine, ſed opem fer diffidentiæ meæ*, *velut epilogo ſemper clauſit. Privatim per omnem vitam in S. Scripturæ lectionem diligenter incubuit, adhibitis ſaniorum interpretum Commentationibus: quas tamen nec pro legibus, nec pro credendi norma ſibi proponebat: Sed ad ſcripturam divinitus inſpiratam, tanquam ad regulam exigebat. Eum in uſum Bibliothecam ſibi comparavit a ſacrorum Bibliorum Canone & a præcipuis interpretibus inſtructiſſimam. Frontiſpicio ſui Pſalterii ſcitum hocce, cum tribus vitæ regulis adſcripſit:* Sumus homines, quotquot ſumus, cujuscunque vel ordinis, vel conditionis ſumus. c) Regulæ autem hæ ſunt:

1) *In conſiliis DEI ſequendum mandatum, nec temeraria πολυπραγμοσύνῃ ac curioſitate quicquam tentandum.*

2) *Optemperandum DEI mandato in officiis vocationis, nec labor fugiendus, cum ſcriptura dicat: Unicuique in ſuo officio laborandum.*

3) *Corde etiam à DEO auxilium petendum, in DEO acquieſcendum, nec ab eo in rebus adverſis deficiendum, ſed finalis liberatio expectanda.*

a) *In Vitis JCtor.* p. m. 359. ſqq.
b) *Ibid.* p. 373.
c) *Vid.* ADAMI l. cit. p. 378.

## §. XII.

*Cornelium* BERTRAMUM a) JCtum, Conſultiſſimus ac doctiſſimus GODOFREDUS b) *ſacræ Linguæ Profeſſorem digniſſimum, non minus JCtum, quam Theologum*, vocare non erubuit.



a) Obiit

a) Obiit a 1594. & inter alia Tract. *de Politia Judaica* conſcripſit. vid. KOENIG, in *Biblioth. Vet. & nova*, pag. 106. add. COLOMESII, *Gall. oriental.* p. m. 72. HENDREICH, *Pandect. Brandenb. pag. m.* 542.

b) in GLOSSA, *ad. Novell.* 146. cap. 1.

## §. XIII.

Nec *Chriſtophorum* BESOLDUM, a) JCtum notiſſimum, taceo, eo quod Diſſertationem de *Jure Regio* SAMUELIS b) & *Axiomatum appendiculam, quæ ad pietatem imprimis ducit*, elaboratam reliquit.

a) De BESOLDO *vid.* Hamburgiſche *Bibliothec. Hiſtor. Centur.* VII. Art. 27. HENDREICH, *Pandect. Brandenb. pag. m.* 547. BOCRISII, *Comment. de Doctis Apoſtatis*, *pag. m.* 13. Ubi: Cauſas, cur a. 1635. ad Pontificiorum ſacra tranſierit, ipſe expoſuit in peculiari ſcripto: *Motiven* warum Er (BESOLDUS) ſich zur Römiſch-Catholiſchen Religion begeben, Ingolſtad. 1637. 8. conf. Hamb. *Biblioth. hiſt. cit.* p. 99. ſequ. Dn. GUNDLINGII, *Otia Part.* I. *Cap.* 5. *§.* 8. *pag.* 242 Dn. QVADII, dp. *de Apoſtaſia Lutheranorum*, Gryphisw. 1710. § 12. *pag.* 18. 19. Dn. WESTPHAL, dp. de *eruditis Apoſtatis*, ibid. 1710. *num.* 7. *pag.* 9.

b) Prod. *Tubingæ*, 1622. 4.

c) Prod. *Francof.* 1622. 8.

## §. XIV.

*Joachimi* a BEUST a) Juris quondam apud Wittenbergenſes Profeſſoris pietas non ſolum ex Symbolo, quod ſibi elegit, b) *Pelicanum* ſcilicet appoſito hocce diſtio:

*Sangui-*

Digitized by Google

*Sanguine das vitam pullis Ægyptius ales*
*Tu mihi das vitam ſauguine, Chriſte, tuo;*

Sed & ex ſcriptis Theologicis, quorum autor eſt, cognoſcitur. Scripſit nimirum, *Chriſtiados libellum* c) ſ. *Explicationem hiſtoricam Evangeliorum*, carminice elaboratam, inſperſis latinis, Græcis, Hebraicis & Germanicis rhytmis; Et Tract. *de Arte bene moriendi.* d)

a) Vita B. BEUSTII præmiſſa eſt editioni *Explicationis hiſtoricæ Evangeliorum*, quæ Wittenbergæ a. 1612. 8. prod. conf. quoque de eo FREHERI, *Theatr.* p. 941 HENDREICH, *Pandect. Brandenb. pag.* m. 559. CRUSII, *Symboloth. doct. pag.* m. 31.

b) Modo allegatus CRUSIUS, pag. 32. annotavit: quod pro ſymbolo Hemiſtichion PERSII ex SATYRA, quoque habuerit BEUSTIUS noſter, verba: *Vive memor lethi.* Cujus ſymboli praxin in hoc oſtendit BEUSTIUS, quod ſepulcrum ſuum integros octo, ante obitum, annos in templo *Planitziano*, â ſe ædificato & pulcre exornato, ſibi fieri curavit. *In loculo quoque ſuo ita componi voluit, ut pileum Doctoralem in capite, libellum ſuum,* de Arte moriendi, *manu dextrâ, gladium vero equeſtrem ſiniſtra geſſerit ac tenuerit.* vid. Conc. fun. B. BEUSTIO â P. WILLICHIO hab.

c) Prod. *Wittenb.* 1589. 8. & Lipſ. 1651. hoſce autem verſiculos in Epiſt. dedicatoria ad Electorem Saxon. Auguſtum ſcripta & opuſculo præfixa, B. Autor, *delicias ſuas in itineribus legationum & Commiſſionum Electoralium natas*, appellavit.

d) Prod. *Francof.* a. 1595. 8.



Digitized by Google

## §. XV.

*Sigiſmundus* â BIRCKEN a) Comes Palatinus Cæſareus & laureatus Poëta, publici Juris fecit varia ſcripta Theologica, ut ſunt:

1. Geiſtl. Weyrauch ſ. Andacht-Lieder, Nürnberg 1652. 12.
2. Paßions-Andachten, 1653. 12.
3. Andachten und Lieder von Fato oder GOttes Geſchicke, 1655. 12.
4. Sonn- und Feſt-Tags-Andachten, 1661. 8.
5. Heiliger Sonntags-Handel und Kirchen-Wandel, 1681. 8.

In *Manuſcripto* etiam reliquit: b) Andachten ſub tit. der beſte Freund der Todt. Heilige Hauß-Capelle oder Irrdiſcher Himmels-Gegenhall.

a] Vitam illius vid. in HAGENii, *Memoriis Philoſophorum*, *Decad.* II p. m. 191. ſequ. conf. Dn. NEUMEISTERUS, in diſp. *de Pöetis German.* pag. m. 15. Summis ſane honoribus â duobus Imperatoribus ornatus eſt BETULIUS ſ. BIRCKENIUS noſter, clementia nimirum Glorioſiſſimi Imperatoris FERDINANDI III. torquem cum effigie Imperatoris accepit, & eandem quoque gratiam Glorioſiſſimus in Imperio ſucceſſor LEOPOLDUS, a. 1666. repetiit. Vid. HAGEN. *cit.* l. p. 202.

b) Vid. HAGEN. l. alleg.

## §. XVI.

*Jacobus* BORDINGIUS, a) JCtus & Conſul Lübecenſis,

becenſis, teſte illius, *Biographo.* b) *Vir quidem politicus fuit excellens, ſed religionis tamen ſtudio nemini ſecundus. Etenim ita ſacrarum literarum ſcientia pectus ſuum compleverat, ut pleraque omnia religionis capita recte intelligeret: & Scripturæ teſtimonia, quibus verior ſententia probatur, non aliter in numero haberet, ac ſi totum vitæ tempus ea in doctrina conſumſiſſet. Nec vero diſputandi cauſa aut oſtentandi, ut multi faciunt, Theologiæ operam dedit: verum id potius curavit, ut vitam ſecundum coeleſtem doctrinam confirmaret, nec quicquam, vel publice, vel privatim committeret, quod conſcientiam torqueret. Nullum diem â ſacris meditationibus reliquit vacuum, ſemper â precibus rerum agendarum initio ſumtô: ſacros coetus aſſidue frequentavit: preces ſuas cum eccleſia conjunxit: ſacramentis devote eſt uſus: egenis prolixe benefecit, ſcholarum rationem imprimis habuit.*

a) De *Vita* BORDINGII, qui a. 1616. obiit, vid. ADAMI, *Vit. JCtor.* pag. m. 482. ſeqv. Conf. KIRCHMANNI, *Laudatio funebris* BORDINGIANA, ex qua B. Dn. GOETZIUS, in *Specim. Catechiſmi hiſtorialis*, 1710. ed. pag. 23. aliud teſtimonium pietatis Bordingianæ adducit.

b) ADAMI, in *Vita, cit.* l. p. 487.

## §. XVII.

Exemplum pii JCti recentius produnt *Novellæ literariæ Lipſienſes* a) in quibus ſequentia me legiſſe recordor: Der Königl. und Chur-Fürſtl. Hoff-Juſtitz und Appellations-Rath zu Dreßden, Herr C. G. Byſe, hat mit der Unterſchrifft eines der Chriſto

Getreu Bleibet, eine erbauliche kleine Schrifft heraus gegeben, nehmlich einen kurtzen Begriff der Buß-Ordnung; ingleichen eine doppelte Antwort auf die Frage: Warum die Menſchen ihr höchſtes und beſtändiges Vergnügen an GOtt haben ſollen? Es iſt auch von ihm ans Licht geſtellet: Die ſüſſe Sterbens-Luſt eines gläubigen Chriſten; Welcher Schrifft der Herr D. *Löſcher* eine Vorrede beygefüget, darin dieſe nützliche und erbauliche Arbeit des Wohlgebohrnen Herrn Verfaſſers nach Verdienſt gerühmet wird.

a) Vid. Gelehrte Zeitungen de a. 1723. num. 4. pag. 32. & conf. Nieder-Sächſiſche neue Zeitungen von gelehrten Sachen, de a. 1729. num. 34.

## §. XVIII.

Merita *Chriſtiani* BREHMII, Conſiliarii Saxonici & Reip. Dreſdenſis Conſulis, *Joh. Sebaſt.* MITTERNACHTIUS a) ſequentibus depingit verbis: *Nolo*, inquit, *ea urgere documenta quæ, quousque in Juris Publici ac privati, Civilis atque Canonici, ſtudio evectus fueris, loquuntur. - - Alia laudanda ſunt, quæ Philologiæ & humaniorum literarum, imo ipſius etiam Theologiæ notitiam non ſuperficiariam arguant. Nec iſta tamen omnia referre opus eſt; Et duo ſaltem nominaſſe, quum digne laudare non liceat, ſufficiet. Alterum eſt* Medidatio de Admiranda Chriſti, Salvatoris noſtri, nativitate; *In qua quid prius admirer, quid poſterius, penitus ambigo.*

Digitized by Google

go. *Etenim in ea ingenii feliciſſimi opes exuberantiſſimæ, limatiſſimi acumen judicii, lactea Poëtices vena,* ferventiſſima pietas, *eloquentia ſingularis & non ubique obvia, paria omnino videntur facere ſpatia. - - Ubi autem vidiſſe contigit pientiſſimum illud ſanctiſſimorum tuorum* Colloquiorum *Opus, - - in quo Dierum Dominicarum & feſtarum Evangelicas Pericopas novo quodam, & inuſitato ante hac modo illuſtratum iviſti; totus exemplo obſtupui. Quem enim admodum in vaſtiſſimo illo, qui mundum ambit, Oceano, quicquid uſpiam eſt fluviorum velut in centro ſuo confluit: Ita in hoc ipſo tuo opere congeſtum arte mira, ac dexteritate ſingulari videbam, quicquid rarum in Homiliis, Sermonibus ac Meditationibus ſuis Theologi Practici & Exegetici mandarunt literis.*

a) in *Præfat.* ad *Clar.* VOSSII, *Elementa Rhetoria*, editionis Sextæ, Lipſiæ 1684. 12.

## §. XIX.

Quid dicam de *Joh. Frider.* BREITHAUPTIO, Imperatoris ac Ducis Saxo-Gothani Conſiliario Aulico & Juſtitiæ; de Viri nimirum hujus eximiis meritis multis egit Biographus a) quem hic merito conſulere voluimus; Neminem itaque fugit, noſtrum *Philippi* MORNÆI *de* PLESSIS librum *de Veritatis Religione Chriſtianæ*, cum *notis* edidiſſe b) Imprimis quoque dignatus eſt JOSEPHUM c) *Hebraicum*, ob ſtyli Hebraici elegantiam, ac res hiſtoricas, Veteri Teſt. illuſtrando inſervientes, commendatiſſimum, ê collatis diligenter exemplaribus atque editionibus, ſua *verſione*,

verſione latina, Notis doctiſſimis, locupletiſſimoque indice, d) augere & ornare; præter hæc R. Salom e) JARCHI ſ. RASCHI Commentarios Hebraicos latino idiomate donavit, notisque illuſtravit luculentiſſimis. f)

a) Eſt vero ille Chriſt. Policarpus Leporin, qui a. 1725. Memoriam Caplatonianam ed. 8vo. hunc vide pag. 1. ſeqq. pag. 9. teſtatur: Daß Er unter den letzten Seufftzen das Hebræiſche Pſalter-Buch, mit des S. AUGUSTINI Meditationibus bey ſich gehabt, und alſo ſeinen Geiſt aufgegeben. . . Seinen unwandelbahren Sinn und Willen hat Er ſchrifftlich hinterlaſſen, mit dieſen Worten: In CHRISTI reſurrectione omnis ſpes mea repoſita eſt!

b) Prod. Jenæ 1696. 4.

c) Mirum ſane & fatale quid alias viſum eſt eruditis, quod plures hactenus literati, qui in expoliendo JOSEPHO deſudarunt, editioni ejus fuerint immortui: Ita contigit Joh. Andr. BOSIO, Prof. Hiſt. Jenenſi, D. Steph. MORINO (le Moyne) Theologo Leydenſium Celeb. Eduardo BERNARDO, Aſtron. in Acad. Oxonienſi Prof. & D. Godofr. OLEARIO, Prof. Theol. Lipſ. & Canonico Miſenenſi. Vid. Miſcellan. Lipſienſia, Tom. II. pag. m. 757.

d) Prod. Gothæ a. 1707. 4.

e) De R. JARCHI vid. KÖNIG. in Biblioth. Vet. & Nova pag. m. 423. CRENIUS. in Animadverſ. hiſt. philol. Part. V. pag. m. 186. 187. Dn. BUDDEUS, in Introd. in Philoſ. Hebr. pag. m. 117. conf. SERPILII, Lebens-Beſchr. Bibliſcher Scribenten, Part. VII. pag. 244. 245. Unſchuld. Nachrichten. de a. 1713. pag. 532.

f) Thom. I. Gotha, 1710. Tom. II. 1712. & Tom. III. 1713. 4. prodiit, recenſ. in der gelehrten Fama, Part. XX. pag. m. 553. ſeqv.

§. XX.

Digitized by Google

## §. XX.

De *Nicolao* BRIEFFERO, JCto Baſileenſi, in *Novis literariis Helveticis* a) hæc leguntur: Sepultus eſt *pietatis* & antiquitatis ſtudioſiſſimus vir honorifice in templo S. Petri cum Epigraphe.

a) De a. 1708, pag. m. 63.

## §. XXI.

Injuriam ſane facerem *Bartholdo Heinrico* BROKESIO, J. U. L. ac Senatori inclytæ Reip. Hamburgenſis Graviſſimo, ſi hoc loco recenſere omitterem illius Irrdiſches vergnügete in GOTT, a) Bettlehemitiſchen Kinder-Mord, b) Beſchreibung des Leydens Chriſti, c) Sane Viro hôc tanquam Principe Pöeſeos vernaculæ Hamburgum ſuperbit, d) cujus in laudes hic longe plura proferre poſſem, niſi me earum jam totum orbem pervagata o[illegible]nio, pariterque modeſtia cohiberet; Unde ſatius eſſe arbitror, tanquam Agamemnonis caput, virtutes illius Viri involutas ſilentio relinquere, quam non ex vero eas exprimere.

a) Prod. 1721. recuſ. cum augmento, Hamb. 1724. 3. *vid.* Recenſionem in *Actis erud. Germ. Part.* 107. *num V. pag m.* 336. *ſequ.* ubi: In der erſten Auflage fand man nicht mehr als neun Uberſetzungen und 39. eigene Gedichte. In der gegenwärtigen aber ſtehen 49. Stück mehr von Herrn Brocks eigner Arbeit, und zwey neue Uberſetzungen; dabey ſind auch die Gedichte der vorigen Edition mit vielen Zuſätzen vermehret worden. --- --- Die Gedichte ſelbſt beſtehen



Digitized by Google

meiſtentheils in Beſchreibung Phyſicaliſcher Materien, welchen allerſeits eine moraliſche Anwendung beygefüget iſt: Durchgehens aber hat der Verfaſſer ſehr *devot* und erbaulich geſchrieben.

a) Prod. 1716. 9. recenſ. in Actis erud. Germ. Part. 43. num. 6. pag. m. 491. De hac translatione Dn. WEICHMANNI vena ita fluit:

Was vormahls durch Marin, Italien beſungen,
Hat Brockes, ohne Zwang, in Teutſchen Reim gezwungen;
Kein Teutſcher hat ſich je an ſolch ein Werck gemacht,
Kein Dichter ſolch ein Werck mit ſolchem Ruhm vollbracht,
Man kan nicht ohne Luſt, und auch nicht ſonder grauen,
Viel tauſend Kinder hier erwürgt und blutig ſchauen;
Er zeiget durch und durch der Teutſchen Sprache Krafft,
Und ein genaues Bild von jeder Leidenſchafft.
Ihr, die Ihr nicht einmahl die eigne Sprache kennet,
Und, nur aus Unverſtand, ſie plump und dürfftig nennet
Seht hier den Reichthum an, der unſ're Sprache ziert,
Woraus da Brockes ſelbſt für uns die Feder führt.
Seht hier der Worte-Zahl, wie leichte Ströme, flieſſen,
Und dennoch ſich zugleich in enge Gräntzen ſchlieſſen;
Ja, wie faſt jedes Wort, bey klugem Unterricht
Und reiner Zierlichkeit, beſond're Sachen ſpricht!
Laßt den Marin hinweg: ein jeder wird bekennen,
Die Uberſetzung ſey ein Ur-Bild ſelbſt zu nennen,
Setzt den Marin hinzu; ſo ſpricht ein jeder frey:
Daß dieſe beſſer noch als ſelbſt das Ur-Bild ſey.

Vid. Poëſie der Nieder-Sachſen P. I. pag. m. 231. conf. pag. 230. P. II. pag. 253. & pag. 315.

c) De

c) De BROCKESII *Hiſtoria Paſſionis* quidam hoc modo cecinit:

So kan man ſich entzückt in JEſu Blute netzen,
Wenn dein Geſang durchs Ohr in Hertz und Seele dringt,
Die Andacht rufft hiebey mit freudigem Entſetzen:
O ungemeiner Schwan, der GOtt zu Grabe ſingt.

Vid. Pöeſie der Nieder-Sachſen, P. II. pag. m. 252. Et Autores der Hiſtorie der Gelehrſahmkeit unſrer Zeiten, P. III. p. 266. teſtantur, daß der Autor dieſe Schrifft mit vielen Geiſte und andächtiger Zärtlichkeit verfertiget habe. Conf. Dn. KOCHII, *Parergon criticum*, de *Præſtantia quadam Pöeſeos Germanicæ præ Gallica & Italica*, §. 1. pag. m. 9. not. 14.

d) Ita Dn. LACKMANNUS in Præf. ad *Primitias Utinenſes*, judicavit. Et Dn. WEICHMANNUS in der Pöeſie der Nieder-Sachſen P. I. pag. 229. venam Brockeſii ſequenti ornavit carmine.

Wer Brockes Schrifften ſieht, wie ſeine Pöeſie,
Die alles überſteigt, bald fällt, bald wieder ſteiget,
Verwundert ſich mit Recht, daß Er mit gleicher Müh,
Und gleicher Trefflichkeit, ſich doch ſo ungleich zeiget.
In Sing-Gedichten iſt er unſer Pindarus;
In Schrifften der Natur mehr, als Lucretius;
In Lehr-Gedichten kan kaum Flaccus ihn erreichen;
Satyren machen ihn zum Teutſchen Juvenal;
In Uberſchrifften weicht er keinen Martial;
In Lob-Gedichten muß faſt Claudian ihm weichen;
In ſeinem Mord-Gedicht iſt er ein Statius;
In Hirten-Liedern gleicht er dem Theocritus;
Im überſetzen kan kein Eoban ihn gleichen.
Was aber ſeinen Ruhm dennoch weit höher treibt,
Iſt, wenn die weiſe Hand zu GOttes Ruhme ſchreibt.



Digitized by Google

Da ſieht man Balſam nur in güld'nen Schalen
fließſen,
Und lauter Himmels - Thau ſich unverfälſcht er-
gieſſen.
Man trifft beym Grotius und tieffen Buchanan
Dergleichen Lieder nicht ſo Kunſt- und Geiſtreich an.
Man glaubt, wenn ſie voraus mit Andacht abgeſungen,
Daß Davids Harffen-Spiel nicht herrlicher geklungen.
Kommt denn, ihr Völcker, ſagt wie reich die Teut-
ſchen ſeyn?
Ein Brockes ſchließt bey uns ſo viele Römer ein,
Und giebt uns noch dazu im Uberfluß zu leſen,
Was vormahls Griechen-Land, ja Davids, Werck
geweſen.
Nun kan ſich Teutſchland zwar ſchon vieler Dichter freu'n;
Doch wär es reich genug durch Brockſen nur allein.

Conf. Dni. RICHEY, carmen quo *Brockeſii* Pöeſin numeroſiori proſecutus eſt præconio, in der Pöeſie der Nieder-Sachſen P. I. p. m 106. add. deutſche Acta erud. P. 101. n. V. pag. m. 336, & 337.

## §. XXII.

In laudem *Pauli* BROCKHUSII, Burggravii Regii & urbis Rigenſis Conſulis, Doctiſſ. AUTORES *Novor. literar. Hamburg.* a) indicant: *Illum puris precibus privatim æque ac in publico coetu ſerio DEum coluiſſe,* ſacrum codicem *quotidie legiſſe & poſt hunc Theologorum,* GERHARDI, MULLERI, LASSENII, ARNDII SCRIVERII *monumenta ſacra. Teſtes pietatis plurima, quæ in MSCtis ſuperſint, erudita Meletemata digna eſſe, quæ lucem propediem aſpiciant.*

a) De a. 1709. p. m. 262.

§. XXIII.

Digitized by Google

## §. XXIII.

Inter ſcripta *Friderici* BRUMMERI, a) quæ ſub titulo: BRUMMERIANA b) proſtant, legitur *Carmen* c) heroicum, *quô* CHRISTI *ſalvatoris natalitia, ſecundum quinque feſta Annunciationis, Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ & Purificationis*, decantavit. d)

a) Natus eſt Lipſiæ 1642. ſed, ſtudio legitimæ ſcientiæ emenſo, peregrinans, in itinere non procul a Lugduno, culpa incauti curſoris publici, fluvii *Arbetini* aquis ſubmerſus periit. vid. *Acta erud.* 1712. p. 506. R. Dn. GOETZII, diſſ. *de Eruditis qui in aquis perierunt*, pag. 5. ſeqv. Dn. KLEFFECKERI, *Biblioth. præcocium eruditor.* pag. m. 44. TENTZELII, *colloquia menſtr.* a. 1696. pag. 5. ſeqv.

b) BRUMMERIANA cum præfat. G. BEYERI, JCti Clar. prod. Lipſ. 1716. 8.

c) Vid. pag. 531. *Brummerianor.*

d) *B. Frid.* RAPPOLTUS autorem hujus Carminis hocce condecoravit elogio:

*Magnus erat, Paulô Maro dum Majora canebat:*
*Dum multo cantas maxima, qualis eris?*
*Ille canit ſylvas, ſed ſylvas Conſule dignas:*
*Ipſo tu cantas carmina digna DEO.*
*Orphea Virgilius vincit modulando Linumque:*
*Virgilium vincis tu pietate tua.*

## §. XXIV.

*Johannes* BRUNNEMANNUS a) at quantus JCtus! inter alia eximia ſcripta Juridica, quæ præmorſos

morſos B. Viri ungues olent, ſpecimen quoque pietatis edidit, cui titulus: *Meditationes ſacræ ad ductum Evangeliorum dominicalium.* b)

a) De Vita BRUNNEMANNI, illiusve ſcriptis vid. PIPPINGII, *Septenarius viror: Celeb. qui utut profeſſione Theologi haud fuerint, ſcripta tamen ediderunt, aut inchoata reliquerunt Theologica.* Num. 1. p. 1031. adde FREHERI, *Theatr.* pag. m. 1200. Autor des unpartheyiſchen Bibliothecarii, Part. X. num. 176. p. 876. ſqq. SCHULTZII, diſſ. 1. de *claris Marchicis*, p. 15. ſqv.

b) Prod. cum Præfat. Piiſſimi Theologi A. H. FRANCKII, Halæ 1700. 8.

## §. XXV.

*Chriſtophorus* BURCKHARDUS, JCtus Baſileenſis, cui unum poſt alterum honoris ac dignitatis officium a) acervatim quaſi grata contulit patria, in *Novis literariis Helvet.* dicitur: *Vir magnii Judicii, eloquentiæ & in rebus agendis expertus, ſincerus ac pius.*

a) Vid. *Nova liter. Helvet.* a. 1714. pag. 30.

b) Vid. l. cit. p. m. 31.

## §. XXVI.

*Anna* BURGIUS a) Tholoſanus, JCtus infelix, ſed pius, nunc ordine ſequitur; Fuit iſte unus ex Conſiliariis & Judicibus Regiis, in Conſilio Regio Pariſienſi, quod â dicendo lingua vernacula, *Parlamentum* Galli vocant, ſed *Lutetiæ Pariſiorum, ob profeſſam fidei chriſtianæ veritatem, igni adjudicatus & combuſtus eſt.*

a) De

a) De hoc *Anna* BURGIO, quâ ſcilicet occaſione, quibusve ex cauſis ſit combuſtus, *Burcardus* MATTHÆI, tunc temporis Decanus (uti ſemet ipſum nominat) Collegii profitentium Philoſophiam, Wittembergæ a. 1573. peculiarem Orationem habuit, ediditque, quam Lector haud ſine animi commotione perluſtrabit. Conf. FREHERI, *Theatr.* p. m. 83.

## §. XXVII.

*Johannes* BUSENREUTERUS, a) JCtus ac Reip. Norimbergenſis Cancellarius, puræ religionis, doctrinæque orthodoxæ acerrimum aſſertorem & defenſorem per omnem vitam ſeſe præſtitit, quinimo concinnavit libellum, qui hoc titulo per oculos legentium incedit: *Reformatio Papatus*, *juxta Confeſſionem Auguſtanam*, quâ proponitur Romanorum Pontificum atque Conciliorum conſenſus, cum Auguſtana Confeſſione in omnibus fidei articulis. b)

a) De eo vid. WITTEN. in *Diar. biogr.* KöNIG. in *Biblioth. vet. & nova.* pag. 145. Add. HENDREICH. in *Pandect. Brandenb. pag.* m. 807. a.

b) Prod. cum præfat. *Joh.* ARNDII, Ducatus Lûneburgici Superint. Goslariæ 1621. 8. Ego certe de hujus libelli vero Autore & vivos & mortuos fruſtra hactenus conſului Doctores; Nuper demum legi *Epiſtolam* quandam Sereniſſimi nec non doctiſſimi Ducis Brunſvico-Luneburgici, *Auguſti Jun.* p. m. a. 1620. d. 12. Aug. ad B. *Georg.* REMUM, Conſiliarium Noricum Germanico idiomate conſcriptam, ex qua demum cognovi Autorem, *Reformationis Papatus*; Lubet ex allegata Epiſtola pauca delibare: Schließlich, (ſcribit Sereniſſimus ille Princeps) iſt

mir

mir vor dieſen ein Theologiſch MSCtum von Nürnberg zu gekommen, deſſen Titul iſt wie folget: *Reformatio Papatus juxta confeſſionem Auguſtanam, qua proponitur Romanorum P.P. atque Conciliorum conſenſus cum Auguſtana confeſſione in omnibus fidei Articulis, depromta ex veteri bibliotheca, pro Apologia veræ fidei, Catholicæ, Apoſtolicæ, & Confeſſionis Auguſtanæ:* und ſoll daſſelbe, wie der FORSTENHEUSER mir geſchrieben, *D. Johann* BUSENREITER, Reip. Norimb. quondam Cancellarius, gemachet haben. Wann ich dann, auch die Arbeit erſter Tage einem Typographo dieſer Oerter werde zuſchicken, und gleichwohl vorhero gerne wiſſen wolte, was dieſer Autor vor einer in Vita geweſen, und wann er geſtorben; Als habe ich euch deswegen erſuchen wollen Gn. begehrend, dieweil ihr ohne Zweiffel deſſen Perſohn wol werdet gekennet haben, mir bey nächſter Poſt tribus verbis hievon zu berichten, auch da es euch nicht wiederlich mit eurem Carmine, den gleichſahm dieſer Oerter und bekandten Authorem, zu commendiren und zu zieren, die Arbeit wird ſonſten vor ſich den Meiſter gnüglich rühmen, und wäre unverantwortlich, daß ſie länger ſolte hinterhalten werden. Ich habe von dem General Superattendenten unſers Fürſtenthums Lüneburgk Herr *Johann* Arndten eine Præfation vor daſſelbe Opus concipiren laſſen &c. Vid. *Amoenitates literar.* Tom. *III.* p. m. 255. ſeqv. & Conf. Sammlung von alten und neuen Theolog. Sachen, de a. 1728. n. XIII. p. m. 529. ſeqv.

## §. XXVIII.

De *Benedicto* CARPZOVIO, *Jun.* a) Electoris Saxoniæ Conſiliario Intimo ac Scabino Lipſienſi, FREHERUS, memoriæ mandavit: *Quod ſcilicet in vita ſua veri chriſtiani fuerit amuſſis, hypocriſin omnem vitaverit, à con-*

*â concionibus ſacris & precibus publicis, niſi ex cauſa ſontica nunquam abſuerit, menſtruo fere ſpatio Euchariſtiæ uſurpatione fidem ſuam nutriverit. Bibliorum exemplar* b) *ter & quinquagies, â capite ad calcem percurrit, nec lectione contentus; Commentariis etiam evolvendis certas diei horas deſtinavit, ſuper Biblia ſacra meditationes proprias conſignavit, & ſi ſiſterentur MSCta ipſius omnia, Theologica Juridicis palmam facere poſſent ambiguam, conciones quas audivit ſacras, in tabellas domi congeſſit; Uno verbo:* πολίτευμα *ſuum in cœlis habuit.*

a) Vitam B. *CARPZOVII*, vid. *in FREHERI, Theatro*, pag. 1172. ſeqv. & *apud WITTENIUM, Decad. IV. Memor. JCtor.* p. 458. Notatu digna ſunt, quæ de noſtro Dn. *WENDLERUS*, Præceptor quondam meus in Academia Salana fideliſſimus, in diſſ. Epiſtolica, *de Meritis eorum, qui Sereniſſimæ Genti Saxonicæ Albertinæ ſtirpis â ſanctioribus conſiliis fuerunt* pag. 29. in not. ex *OLDENBURGERI Theſauro Rerump.* Tom. *IV.* adducit: *Ex amici fide digni*, inquit *OLDENBURGERUS*, *literis mihi conſtat, quod ad 20000 hominum criminoſorum ſententiis & reſponſis ſuis ad mortem condemnaverit CARPZOVIUS. Præter GERMANOS admirantur illum DANI, SVECI, BELGÆ, & quod mireris, etiam GALLI, qui ſcripta illius in vernaculam linguam transferre ac typis exſcribere Lugduni cogitarunt.*

b) Vid. *SCHWENDENDÖRFFERI* Orat. *parental.* a. 1667. recitatam, pag. 98.

## §. XXIX.

Ordo nunc tangit *Joachimum* CARSTENIUM, Sereniſſ. Ducis Lauenburgo-Saxonis Pro-Cancellarium ac Inclytæ Reip. Lubecenſis Syndicum, quem

Dn. a SEELEN a) non ſolum *Juriſconſultum*, *tam ob ſingularem pietatem*, *quam ob Juris maximam cognitionem*, *immortalem appellat*, Sed &, de illo prædicat: quod ex intenſiſſimo amore *ſacrum Codicem* ſæpiſſime non ſine ſumma voluptate domi, in templo, in itineribus maximâ cum attentione legerit. b)

a) in *Athenis Lubecenſibus*, *Part. I.* p. m. 241.

b) Vid. l. cit. not. N. *B. Dn. GOETZIUS*, in *Præfat. Biblior. Lubec.* in laudem *CARSTENII* hæc verba poſuit: Er hat dieſes für ſeine gröſte Freude gehalten, daß Er in der Heil. Schrifft leſen, und dieſelbe zu ſeinen Nutzen anwenden ſollen, wie ich denn in ſeiner Hand-Bibel, deren Er ſich gebrauchet, nicht ohne Freuden geſehen, daß Er zu unterſchiedenen mahlen, theils inſonderheit, ein und anderes Bibliſches Buch, theils auch insgemein alle Bücher der Heil. Schrifft, durchgeleſen, erbauliche Anmerckungen darüber gemacht, die Er aus denen Prediaten, oder guten Büchern Chriſtl. Theologen gefaſſet, und ſich damit in ſeinen Glauben zu ſtärcken geſuchet. . . Er hat von Jahren zu Jahren angemercket, wenn er die Bibel zu leſen angefangen, und zu Ende gebracht, wie Er denn bis a. 1670. in die 34 mahl ſolche durchgeleſen.

## XXX.

*Martinum* CHEMNITIUM a) Juris olim in Academia Roſtochienſi Profeſſorem, poſtmodum ad alia munia evocatum, FREHERUS, b) ſequenti proſequitur elogio: *In omnibus actionibus ſuis* Magni Parentis, c) *Theologi incomparabilis*, *veſtigia legens*, *Zelum pro divina vindicanda gloria oſtendit*, *ut poſteris ſingulare relinque-*

*linqueret Exemplum, non conſummati ſolum JCti, ſed religioſi quoque Theologi.* Et perſonatus *Claudius* SINCERUS, d) in *Vitis JCtorum* e) ſcribit: Es iſt hier mit Stillſchweigen nicht vorbey zu gehen, daß unſer CHEMNITIUS alle Sonntage, ehe er in die Kirche gegangen, ſeines Vaters *Harmoniam Evangelicam* f) wie auch des BALDUINI g) und MEISNERI h) *Meditationes Evangelicas* fleißig vorher geleſen habe. Er hat auch den Kern eines jeden Texts im Evangelio carminice vorzuſtellen pflegen, und ſolchen ſeiner Tochter communiciret, daß ſie ſelbigen auswendig lernen möchte; Die Biebel hat er alle Tage mit groſſen Fleiß zu evolviren pflegen, wovon ihn auch ſeine weltliche Geſchäffte nimmermehr abhalten können. Er hat es auch bey dieſen nicht bewenden laſſen wollen, ſondern ſich auch durch Leſung allerhandt herrlicher und geiſtreicher Bücher beluſtiget.

a) De CHEMNITII noſtri vita, evolve FREHERI *Theatr. pag.* 1047. SINCERI, Vitas JCtorum, Tom. II. Pag. 165. ſequ. conf. Dn. SCHULTZII, diſſ. de *Eruditorum deliciis in libro quodam ſingulari* §. 13. pag. m. 19. & 20.

b) *Cit.* l. pag. 1048.

c) Parens noſtri CHEMNITII fuit Celeberrimus iſte Theologus & Superintendens Brunſvicenſis, *Martinus* CHEMNITIUS, qui a. 1586. obiit. B. D. FECHTIUS, Summus itidem Theologus, in *Noctibus Chriſtian.* p. 632. vocat illum: *Immortalis gloriæ Theologum, maximumque poſt D. Lutherum inſtauratæ & a Romanenſium corruptelis repurgatæ religionis vindicem & aſſertorem.* Cumprimis vero B. CHEMNITIUS memoriam immortalem ſibi acquiſivit libro,



Digitized by Google

cui rit. *Examen Concilii Tridentini*, Francof. 1590. 4. tomis 3. quo de libro, quid eruditi ſentiant vid. *Obſervatt. Miſcellan.* Tom. I pag. m. 958 ſeqv. Doctiſſ. Dn. REIMMANNUS, Sect. III. Lib. II. *Introduct. in hiſt. Liter. Germanor.* ſcribit: CHEMNITII, *Examen Concilii Tridentini*, iſt mit ſolcher ſolidité gemacht, daß ſich bis dato noch niemand unter den Päbſtlern gefunden, der daſſelbe wiederlegen können. Die Gelehrten pflegen es deshalben *Crucem Pontificiorum* zu nennen, und die Papiſten ſelbſt haben hiedurch Gelegenheit genommen ein Sprüchwort von ihm zu machen und zu ſagen: *Si* POSTERIOR MARTINUS *non veniſſet*, PRIOR LUTHERUS *non ſtetiſſet*.

d) Verum hujus Autoris nomen eſt T. C. LUDWIG, vid. J. C. COLERI, *Analecta ad Struvii Introd. In Notit. R. L.* pag. m. 150.

e) Tom. *II.* pag. 174.

f) Chemnitio-LYSERO-GERHARDIANA HARMONIA IV. Evangel. prod. Hamb. 1652. 2. Tom. recuſ. 1704. f. vid. CALOVII, QVENSTEDII, CRENII & SERPILII de hoc libro judicia in *Bibliotheca* MAYERI *biblica* continuata, quam ARNDIUS, evulgavit, Roſtochii, 1713. 4. pap. 109. ſeqv.

g) *Frid.* BALDUINUS, Doct. & Prof. Theologiæ fuit apud Wittenbergenſes, & jam, a. 1627. obiit, vid. de eo, FREHERI, *Theatr.* pag. m. 436.

h] *Balthaſar* MEISNERUS, Profeſſoris Theologiæ in Academia Wittenbergenſi munere functus & a. 1626. defunctus eſt.

## §. XXXI.

*Nicolai* CISNERI, a) qui primum in Heidelbergenſi

genſi

genſi Academia Jura cum laude docuit, dein Spiræ Aſſeſſor, tandemque in ſupremo Palatinatus Judicio Pro-Judex omni cum admiratione Jus dixit, b) ſingularis pietas inter alia ex Epiſtola c) ad *Mart.* BUCERUM a. 1548. perſcripta, patet, in quæ hæc leguntur: *Etſi enim & hic aliquam habeamus Evangelii lucem, meaque conditio ſatis proſpera ſit: tamen longe mallem vobiscum eſſe, ubi cum alia ſtudia, tum vel maxime* Pietatem *magis excolere poſſim.* Imo *Ciſnerus* noſter exemplar pietatis omnino edidit, qui, cum *Ludovicus Elector Palatinus* in Palatinatu ſacris Evangelico Lutheranis ſummam adhiberet operam, juſſu Electoris *Confeſſionem de S. Coena*, Principi exhibuit.

a) Vitam CISNERI â *Quir.* REUTERO deſcriptam, denuo prodire juſſit Doctiſſ. Dn. BUDERUS in *Vitis Clar. JCtor.* Jenæ 1722, 8. p. m. 307. add. FREHERI, *Theatr.* pag. 590. ADAMI, Vit. JCtor. p. 255. ISSERSTADII, diſſ. de *Claris Nicolais*, Cap. 3. §. 2.

b) Hæc deſumta ſunt ex Ephitaphio quod Beato Vir. clar. Juſtus REUBERUS ſcribi curavit.

c) Epiſtolam hanc *Opuſculis* CISNERIANIS (quæ cura *Quir.* REUTERI, Francof. ad Mœn. 1611 8. prod.) & quidem pag. 921. ſubjunctam Lector inveniet.

d) Confeſſionem CISNERI *de S. Cœna*, in *Opuſculis* CISNERIANIS pag. 960. & ap. BUDERUM cit. pag. m. 323. ſqq. in not. legere licet. *Mutua* alias huic quoque Confeſſioni addendæ inter CISNERUM & *Dav* CHYTREUM, Roſtochienſem Theologum, *Epiſtola*, de *Controverſiis Theologicis cumprimis Sacramentariis illorum temporum*, lectu non indignæ, quæ Opuſculis a pag. 962. ad p. 972. usque ſunt

ſunt inſertæ. Conf. Clar. STRUVII, *Hiſtor. Palatin.* Cap. 6.

§. XXXII.

Diligentia *Danielis* CLASENII, a) Jurium in Academia Julia olim Profeſſoris prodierunt *Exercitationes ſacræ ad Paſſionem Dominicam*, b) *Theologia naturalis*, c) nec non libellus, de *Religione politica*. d)

a) Vid. de eo, LUDOVICI, Schul Hiſtorie *Part.* IV. pag. m. 124. ſq.

b) Prod. *Magdeb.* 1657. 4.

c) *Lipſ.* prod. 1653.

d) *Magdeb.* 1655. 8. recuſ. *Serveſtæ*, 1681 8. Autor in hoc libro deliras quorundam Politicorum de Religione ſententias recenſuit, & ad eas reſpondit.

§. XXXIII.

De *Henrico* COCCEJO a) Clariſſimo ſui temporis JCto, Dn. SCHRAMMIUS, ſupra jam laudatus b) hæc annotavit: *Heroëm illum inſignem, præter vaſtiſſimi Juris exactam peritiam*, Theologiæ *quoque operam impendiſſe, ad quam linguæ, Ebraica & Græca, cujus poſterioris adeo gnarus fuit, ut in prima adoleſcentia Græca conſcripſerit poemata, maxime eum invitarunt, exinde conſtat, quod habuerit ſub manibus aliquando doctrinam, qua* Veritatem Religionis chriſtianæ, *methodo admirabili & ſtupenda demonſtrando*, Vaticinium DANIELIS *tam accurate illuſtravit, ut ex omnibus temporum ſupputatio-*

*ſationibus, annum, diem, imo horam ipſam Paſſionis Servatoris noſtri deduxerit; Sicut & alio quodam loco ex rationibus Juris Gentium nova penitus ratione probavit, tunc, cum SCHILO i. e. CHRISTUS veniſſet, ſceptrum revera â Juda amotum fuiſſe, Judæosqve proprium regnum non habuiſſe. Quæ tamen exquiſitiſſimæ opera induſtriæ, ad finem perducere neutiqvam potuit.*

a) Obiit COCCEJUS a. 1719. vid. de ejus vita & ſcriptis AUTOR, qui edidit, Leben der Gelehrten, ſo a. 1719. geſtorben, P. VI num. 36. add. Scriptum cui tit. Ehren-Tempel Herrn Heinrichs von COCCEJI. Præmiſſum quoque eſt vitæ illius curriculum *Diſſertatt. Coccejianis* a. 1722. junctim editis.

b) Scil. in Schediaſm. de *Uſu & neceſſitate humaniorum in Jurisprud.* §. 9. p. m. 67. not. y.

## §. XXXIV.

*Henrico* COLERO a) Conſuli Lubecenſi laudi omnino ducitur, quod eruditionem Græcam, Hebraicam & ſacram in JCto profecto demirandam habuerit; Et teſtatur de illo BANGERTUS: b) *frequens erat in lectione biblica, annotabat, excerpebat, conferebat ipſas ſacras Scripturas inter ſe & cum bonorum autorum monumentis. - - Non igitur contentus curſoriâ iſta, qvam ita vocamus, lectione, ſacrorum librorum qvamqve ſufficere iſtius profeſſionis hominibus etiam docti qvidem judicant, jungebat accuratam illam, qua ſingula ad originis fidem diligentius examinantur & excutiuntur.*

a) Vitam COLERI. *vide ap. Dn. a SEELEN in Athenis Lubecenſ.* Part. I.

Digitized by Google

Part. *I.* p. m. 132. add. *BANGERTI*, *Orat. de noſtro COLERO.* ibid.

b) in *Orat. Dn. à SEELEN* cit. p. m. 137.

## §. XXXV.

Jungo huic alium, *Antonium* COLERUM a) Lubecenſis Reip. Pro-Conſulem, quo de idem BANGERTUS ſcribit: b) *Quotidie ille partem aut in Sacris voluminibus, aut in divinis Lutheri, ſpiritu divino afflati, aut in reliqvis religionis noſtræ primariis Theologis legebat, ex iis annotabat, excerpebat.* Concinnavit etiam, *Catalogum ſummorum Pontificum in eccleſia Judaica â reditu ex Babylone*; nec non *Genealogiam JEſu Chriſti, ex utriusque fœderis libris.* Imo, addit Dn. a SEELEN, c) *S. Codicem civilibus negotiis non impeditus, tanta induſtria tantaque intelligentia legit, relegit; annotationibus præcipuorum Theologorum auxit & in ſuccum & ſanguinem convertit.*

a) De Vita *Ant. COLERI.* vid. *Dn. a SEELEN*, *Athen. Lubec.* Part. *I.* p. m. 142.

b) Verba illius citat. *Dn. a SEELEN* alleg. l. p. m. 148.

c) Vid. *Athen. Lubec.* p. 149. c. 1.

## §. XXXVI.

*Adami* CORTREJI a) JCti Conſummatiſſimi & per Ducatum Magdeburgenſem Syndici meritiſſimi, religionem & pietatem, cujus nomen graviſſimum ſemper & ſanctiſſimum habuit, citra noſtram prædicationem,

Digitized by Google

cationem, luculentiſſime docent ambo *Manualia precum*, quas ad DEum fudit ac calamo exceptas collegit: docent & elegantiſſima, quæ exſtant, volumina, ſub his rubricis 1) *De Judicio DEI permiſſivo, probatorio & permiſſivo meditatio*, b) quam Venerandæ Facultatis Theologicæ Jenenſis judicio ſubmiſit hujusque calculo comprobatam vidit. 2) de *Flagellis DEI altiſſimi*, 3) de *Paſſione & morte Domini Servatoris noſtri JEſu Chriſti*; adeo quidem, ut ex hiſce libris oppido eluceat animi ejus ſanctitas ac integritas, qua Chriſti τῦ ἐςαυρωμένυ divam imaginem menti infixam & rigorem Judiciorum DEI ob oculos ſemper habuerit. De cætero, memor rerum humanarum viciſſitudinis, aſſiduis ſemper contemplationibus mortis imaginem ſibi impreſſam habuit, non enim modo jam ante aliquot annos locum ſepulcri ſui ſibi aſſignavit, ſed loculum etiam, in quo reconditus deinceps datus fuit, jam dudum fieri curaverat, quem in conclavi quodam Muſeo ſuo adjecto aſſervavit. Porro ex ſchedis nonnullarum *Precum* d. Cal. Sept. 1700. patet, quanta humilitate, DEO acceptiſſima, veſtigiis D. Pauli, Apoſtoli, inſiſtens, ſeſe coram maximo illo Numine abjecerit atque proſtraverit, ipſique peccata ſua, pleniſſimo adhuc corporis robore gaudens, ingenue faſſus, eorumque veniam quam ſubmisſiſſime precatus fuerit, ſuis paternam benedictionem impertiverit, eosve tutiſſimi DEI O. M. præſidio commendaverit, ſemetipſum ſanctiſſimo Numinis arbitrio totum tradiderit.



Digitized by Google

a) Vita B. CORTREJI, præfixa eſt Tomo, III. *Corporis Juriſpubl.* unde, quæ hic protuli, excerpta ſunt. conf. *Acta erud.* 1710. pag. 511. ſeqq.

b) Hinc eſt, quod Vir Excell. Dn. *Andr.* OCKELIUS, Scabinus & Conſul Halenſis, in præfat. eruditiſſimi ſui Tractatus, qui inſcribitur: *JCtus rationalis*, noſtrum, *JCtum exaſciatæ eruditionis*, appellet, hancque *de Judicio DEI permiſſivo* Meditationem, magnopere laudet.

## §. XXXVII.

*Erneſtus* COTHMANNUS, a) J. U. D. & in Academia Roſtochienſi Profeſſor, tum ab a. 1587. ULRICI & poſtea CAROLI, Ducum Megapolenſium Conſiliarius, demum Ducis JOHANNIS ALBERTI II. Cancellarius factus eſt, & quaſi alter *Zopyrus*. Juſtinianeum Codicem cum ſacro conjunxit & D. AUGUSTINI ſcriptis admodum delectatus eſt. Edidit quoque *Meditationes pias, de Remediis adverſus calamitates, preſſuras atque calumnias & de inimicis diligendis.* b) In MSCto autem reliquit: *Opus Meditationum piarum ſuper Oratione Dominica & VII. ejus precationibus.* Unde nec immerito â Juriſconſultiſſ. MEVIO, c) *Pietatis atque legalis ſcientiæ laude clariſſimus JCtus* vocatur.

a) Obiit COTHMANNUS a. 1624. vid. de eo *Jo.* DREPPERI, Orat. panegyr. in recordationem *Ern.* COTHMANNI, hab. Roſtochii, a. 1624. FREHERI, *Theatr.* p. m. 1019. *Fr.* THOMÆ, *Catalogus Biograph.* quem *Analectis Guſtrovienſibus* ſubjunxit, p. m. 79. & 80. Dn. Æpini, Diſſ. de *Meritis Weſtphalorum in Academiam Roſtochienſem*, Sect. II.

p. m.

p. m. 24. ſeqv. SINCERI, *Vit. JCtor.* Tom. II. num. 6. p. m. 101. ſeqv.

b) Prod. *Roſtochii* 1614. 12: *Germanico idiomate, Stettini*, 1615. 8 & a. 1729. una cum *Joh. Bernh.* WESTPHALII Evangel. Berg- und Himmels-Predigten, *Hamburgi* lucem aſpexêre. Vid. Niederſächſiſche neue Zeitungen von Gelehrten Sachen de a. 1729. *num.* 48. p. 403. ANONYMUS quidam in fronte *primæ*, hujus libelli, *editionis*, ejusmodi poſuit judicium: *Perlegi hunc libellum, ac in eo divinam* D. AUGUSTINI *pietatem veneratus*, COTHMANNI *vero miram induſtriam demiratus ſum. Libellum hunc parvum magnis* Conſiliorum *ejus* Volumnibus *præfero; in illis, enim ad terrena vindicanda; in hoc, ad ea ſpernenda; in illis, ad inimicos ſtringendos; in hoc, ad diligendos præit.*

c) In dedicatione, quam eruditiſſimo ſuo ad Jus Lubecenſe Commentario præmiſit. Patet quoque B. COTHMANNI, pietas, ex iſta gratiarum actione ad DEum, quâ *Reſponſis Juris & conſultationibus* ſuis *Academicis* Francof. 1662. fol. editis, colophonem impoſuit, pag. m. 302. ſeqv. conf. DREPPERI, *Orat. cit. pag. m.* 26. & 27.

## §. XXXVIII.

*Daniel von* CZEPKO, Cæſareæ Majeſtatis in Ducatibus, Lignicenſi, Brigenſi & Wolavienſi Conſiliarius Regiminis, *Vir Nobilis, nobilis quoque Pöeta, ut vena & ſanguis attemperate ſibi reſpondeant.* At, præter *Pſalmos ſeptem pœnitentiales* a) reliqua poëmata cultiſſima nobis iniqua fors invidit. b)

a) Sub tit. Sieben-Geſtirn Königlicher Buſſe, Bregæ, prod. 1671. 8.

 b) Vid.

b) Vid. Dn. NEUMEISTERI, *Diſſ. de Poëtis German.* pag. m. 26. conf. Dn. JOHNII *Centur.* I. *Poëtar. Sileſ.* pag. m. 58.

## §. XXXIX.

De *Jodoco* DAMHOUDERO, a) JCto haud incelebri, & Conſiliario Cæſareo, fidem facit ADAMI: b) quod ætate ad ſenium deflexâ, pietate & religionis amore adductus, ſacris ſe ſtudiis impenderit, imo & *Parenæſes chriſtianas*, i. e. *Locos communes ex utroque Teſtamento; Speculumque conſcientiæ* conſcripſerit.

a) Vid. de illo ADAMI, *Vit. JCtor pag.* 243. & FREHERI, *Theatr. pag.* 885.

b) *Cit.* l. p. 244.

## §. XL.

*Petrus* DENAISIUS, a) Cameræ quondam Imperialis Aſſeſſor, ex gravioribus diſciplinis *Theologiæ amantiſſimus* fuit, imo & Theologica promulgavit: e. g. Libellum cui tit. Jeſuiter Latein i. e. Ausbund etlicher unchriſtl. Lehren der Jeſuiten und anderer Päbſtler. Item: Diſſ. de *Idolo Halenſi*, contra *Lipſium*. b)

a) Vitam DENAISII, qui a. 1610. ad plures abiit, vid. in ADAMI, *Vitis JCtor.* p. m. 444. ap. FREHERUM, in *Theatr.* p. 986. adde KöNIG, *Biblioth Vet. & nov.* p. 243 WITTEN, *Diar. biograph.* a. 1610. *Jul. Guil.* ZINCKGRÆFIUS, hujusmodi, DENAISIUM, Ornavit Epitaphio:

*Hoc cubat in tumulo DENAISIUS iſte, Viator,*
*Qvo vix in terris juſtior alter erit.*

*Mentem*

Digitized by Google

*Mentem adeo rebus ſervavit in omnibus æquam,*
*Diſtribuitque aliis Jura bilance pari.*
*Contentus virtute ſua, fortuna in utraque,*
*Pulcram egit vitam, pulcrum obitumque tulit.*

b) Prod. ſub titulo: *Diſſertatio, de Idolo Halenſi J. LIPSII, mangonio & phaleris exornato, atque producto, Heidelb.* 1506. 4. & exhibet Autor, Dialogum *Chriſtiani* ac *Papiſtæ* collocutorum, ſuper ſcripto *Juſti LIPSII*, de *Diva virgine Halenſi*, (Prod. *Antwerp. ex officina Plantiniana* 1604 4. quam editionem poſſideo) ſane eruditum & elegantem; ac, quod palmarium eſt, ſanctorum adorationem egregie impugnantem. Unde merito laudatur, commendaturque mirifice à *Joſepho* SCALIGERO, Lib. IV. Epiſt. 315. pag. m. 571. 572. Conf. *Aubertum* MIRÆUM in *Vita* LIPSII, quæ in ROLLII, *Memoriis Philoſophorum*, Dec. II. occurrit, pag. 118. ſeqv. ubi, quo pacto *de Diva iſta Halenſi* collecta ſit narratio, & cur ad ſcriptum hoc DENAISII ſiluerit LIPSIUS, exponit. Oppoſuit tamen ſeſe DENAISIO, *Anaſtaſius* COCHELET, *Maſurienſis, Carmelita*, edito Antwerpiæ 1607. 8. ſcripto, cujus rubrum: *Paleſtrita honoris D. Virginis Hallenſis* pro J. LIPSIO, recuſ. ibid. 1627. 4. vid. de his PLACCII, *Theatrum Anonymor. & Pſeudon.* pag. m. 124. ὡς ἐν παρόδῳ adjiciendum duxi, quod LIPSIUS finem opuſculi ſui de D. *Virgine Halenſi* (cap. 36. pag. 80. & 81. meæ editionis) hiſce faciat verbis: *Peregi, ipſum tamen me, & hoc quicquid ingenii ac ſtyli eſt, iterum tibi do, dico, conſecro; quod ex animo feci ante biennium*; Pennâ argentea *in templo ante aram tuam ſuſpenſâ. Cui hos verſus ſubſcripſi:*

*Hanc, DIVA, pennam interpretem mentis meæ,*
*Per alta ſpatia quæ volavit ætheris,*
*Per ima quæ volavit & terræ & maris:*
*Scientiæ, prudentiæ, ſapientiæ*

*Operata ſemper, auſa quæ CONSTANTIAM*
*Deſcribere & vulgare; quæ CIVILIA,*
*Quæ MILITARIA atque POLIORCETICA;*
*Quæ, ROMA. MAGNITUDINEM adſtruxit tuam;*
*Variaque luce ſcripta priſci ſeculi*
*Affecit, & perfudit: hanc* Pennam *Tibi*
*Nunc, DIVA, merito conſecravi, LIPSIUS.*
*Nam numine iſthæc inchoata ſunt tuo*
*Et numine iſthæc abſoluta ſunt tuo.*
*Porro ô benignitatis aura perpetim*
*Hac ſpiret! & famæ fugacis in vicem,*
*Quam* Pennæ *peperit tu perenne gaudium*
*Vitamque, DIVA, LIPSIO pares tuo.*

Ceterum *Bohuslaus* BALBINUS Lib. XI. *Exam. Meliſſ.* pag. 66. factum LIPSII laudat his verbis:

*Hallis DIVA dari pennam ſibi juſſerat, illam*
*Primus porrexit LIPSIUS, & placuit.*

SCALIGER vero ingenioſis LIPSIUM perſtringit verſibus, quos REINHARDI, *Theatrum prudentiæ elegant.* p. 225. ſuppeditat:

*Poſt opus explicitum, quod tot miracula narrat*
*Pennam Lipſiades hanc tibi, Virgo, dicat.*
*Nil potuit levius pennâ tibi, Virgo, dicare,*
*Ni forte eſt levius, quod tibi ſcripſit opus.*

vide ſis Dn. ACKERI, *Hiſtor. pennarum*, num. 48. p. m. 35. 36.

## §. XLI.

*Hugo* DONELLUS, a) qui in Academia Altdorffina Jura olim profeſſus eſt, teſte *Scip.* GENTILI, *in Vita* illius, ab adoleſcentia pietatem b) veram com-

complexus, in ea conſtantiſſime deinceps ad extremum usque vitæ momentum perſeveravit. --- --- Cum eo animi robore adhuc eſſet, c) ut morti ſuperſtes dici mereatur, quia nunquam ne præſentem quidem eam expaverit. Scilicet hoc robur illi non corporis vires, quas & contumaciſſimus morbus & ætas plane jam fregerant: Sed *pietas in DEum* & fiducia inconcuſſa addebant. Equidem, pergit *Gentilis*, a fletu vix tempero, cum cogito illum diem, qui proximus ab noviſſimo fuit. Aderam illi graviſſime anhelanti tacitus & moerens: Sed cum diſcederem eumque nomine compellans adjeciſſem hæc verba: *Non in hoc mundo, neque in hoc corpore ſalus noſtra eſt, ſed in Domino noſtro JEſu Chriſto*: ille his verbis vehementer recreatus, ſæpius illud iteravit: *Chriſtus fidus, fidus.* Tam etſi propter tumorem & ulcus impedita illi peneque obſepta vox erat. d)

a) Vitam DONELLI, a *Scipione Gentili* deſcriptam inveniet Lector in Dn. BUDERI. *Vitis Clar. JCtor.* pag. m. 77. add. FREHERI, *Theatr.* p. 924. *Vit. Profeſſor. Leidenſ.* p. 243. Neue Bibliothec. Part. XXIV. p. 279. ſeqq.

b) Vid. BUDERI, *Vitas* cit. p. m. 87. 87.

c) Ibid. pag. 118.

d) Conf. quæ Dn. BUDERUS p. 119. in *notis* ex programm. fun. in obitum Donelli adduxit.

## §. XLII.

*Daniel* DöRINGIUS, JCtus & in Præſulatu Wurcenſi Cancellarius publico communicavit: Geiſtliches

Harf=

Harffen-Werck, a) quo de ſcripto Dn. NEUMEISTERUS, b) judicat: *quod, licet illius ſoni parum artis prodant, piis tamen affectibus movendis non parum inſervire poſſint.*

a) Prod. *Lipſ.* 1654. 12.

b) In diſſ. de *Poëtis German.* p. m. 20.

## §. XLIII.

De *Georgio* EDERO, Friſingenſi, qui *Ferdinando I. Maximiliano II. & Rudolpho II.* Imperatoribus à conſiliis fuit, extant: 1. *Oeconomia Bibliorum* ſ. *Partitionum Bibliorum* Libri V. a) 2. *Malleus & Matæologia hæreticorum* b) Et MAGIRUS c) quoque illius *Partitionis Catechiſmi Concilii Tridentini* d) mentionem injicit.

a) Prod. a. 1568. vid. QUENSTEDT, in *Dial.* de *Patriis illuſtr. Doctrina & ſcriptis viror.* p. m. 162. KOENIG. in *Biblioth. vet. & nova*, p. 268. Emiſit qvoqve EDERUS, librum ſub rubro: Evangeliſche Inqviſition und Gulden-Fließ: ad qvem librum *Georg.* NIGRINUS, repoſuit Tract. ſuum, qvem vocat: Papiſtiſche Inqviſition und Gülden-Fließ der Römiſchen Kirchen. prod. 1582. Fol. cum Fig.

b) Prod. Ingolſtadii, NIGRINUS, in præfat. ad modo allegatum Tractatum, ſtatim ab initio, ſeqventi modo invehit in EDERUM: Sind mir auch darauf ferner etliche ſeiner (EDERI) Schrifften zugeſandt auß Euren Mittel, als der Malleus hæreticorum, da er doch nicht eine Lauß oder Niß der unſern mit erſchlagen könte, und die Matæologia, welches ſeinen rechten Nahmen hat und behält, (von D. Eders Büchern zu verſtehen,) welche nehmlich nichts dann

ein

ein unnützes Geſchwеder und loſes Gewäſch ſind, von ihm zuſammen geſudelt und geplackt aus allerley Läſter-Schrifften der Papiſten, wie ein lauſichter alter Peltz und Bettlers Mantel, ſo alle nicht würdig, daß man ein Wort darauf antworte, oder auch ein wenig Zeit darüber verlieren ſolte.

c) in *Eponymol. Crit.* pag. 301.

d) Prod. *Colon.* 1568

## §. XLIV.

De *Johanne Chriſtophoro ab* ENGELSHOFFEN, a) Ducis Wurtenbergici, *Johannis* FRIDERICI Cancellario & Conſiliario Regiminis intimo, FISCHLINUS in vita ejus, b) hæc memoriæ prodidit: *Religionis Evangelicæ ſtudioſiſſimus fuit, deque ea cum miniſtris eccleſiæ crebros ſermones ſerere volupe illi erat; Ex adverſo ſectas omnes cumprimis Papæam & Calvinianam averſatus, eas ex verbo DEI refellere ſciebat. Pro textu exequiali ſibimetipſi delegit verba ex Pſalmo, LXXIII. v.* 25. 26.

a) Nat. 1555. den. 1626 Lubet huc apponere ex Concione fun. illius pag. 72. M. *Caſp.* SCHÖHLHAMMERI *Diaconi Herrenbergenſis*, ænigma in defunctum:

*Angelus Angelicâ quondam delapſus ab aulâ,*
*Caulam ingreſſus erat: Patria ſtante ſtetit.*
*Conſiliis patriam ſimul ac dum fulciit aulam,*
*Caula prius eadem, mox tamen aula fuit.*
*Angelus Angelicvs cum jam de lapſus in Aulas*
*Curia cum patria quid mihi fiet? ait.*

b) in *Vitis Præcipuorum Cancellariorum Ducatus Würtemb.* num. *X.* pag. m. 25.

G

§. XLV.

## §. XLV.

*Ludovici* FERRANDI a) JCti Gallicani, *Doctiſſ.* AUTORES *Novor. literar. Germaniæ*, b) mentionem faciunt, ac de illo referunt, quod varia ſcripta Theologica in publicum emiſerit uſum; Nimirum 1. Tract. *de cognitione DEI*, c) 2. *Meditationes ſuper Religione chriſtiana*, d) 3. *Commentarium in Pſalmos*, e) Tract. *eccleſiaſticum contra Calviniſtas*, f) 5. *Reſponſum ad Apologiam Calviniſtarum*, g) 6. *Pſalmorum verſionem Gallicam*, h) 7. *Summam biblicam* i) 8. Tract. *de Matrimonio*; 9. Tract. de *Trinitate*, 10. Tract. *de Creatione.*

a) Conf. de eo, *Nova liter. Germaniæ, de a.* 707. *menſ. Novembr. pag.* 376. *ſeqv.*

b) *cit.* l. ubi & p. 378. de *FERRANDO* teſtantur: *quod, licet ille ab omnibus fere fuerit laudatus, ſatis tamen moderate autoritate ſuâ uſus, & in ſolidæ pietatis, quam coluerit, ſtudio, partes ſuas deſiderari nunquam paſſus ſit.*

c) Gallico idiomate prod. *Pariſ.* 1706. 12. vid. *Nova liter.* cit. p. 376.

d) Prod. 1679. *fol.* 2. *vol.* Ea propter Clerus Galliæ in Conventu a. 1680. celebrato, annua penſione octingentarum librarum, præmii loco, Autorem impertivit. ANONYMUS quidem a. 1692. *Obſervationes contra Ferrandi Meditationes ſuper religione chriſtiana*, edidit, quæ tamen aggreſſio FERRANDI gloriam potius auxit, quam imminuit; Et Doctor quidam Sorbonnicus, qui nomen reticere maluit, paulo poſt iſtas ANONYMI *Obſervationes*

Digitized by Google

*nes* epiſtola quadam confutavit. Vid. *Nova liter.* alleg p. 377. 373.

e) Lucem vidit Commentarius hicce a. 1684. & oblatus fuit INNOCENTIO, XI, Pontifici, per *Alderamum* CIBO Purpuratum eccleſiæ Romanæ Patrem, qui literis Papæ nomine ad Ferrandum ſcriptis, ſignificavit: *quod Pontifex ipſius eruditionem & conſpicuam in illo libro pietatem, maximi æſtimaret.* Iſta epiſtola data d. 4. Mart. a. 1684. & impreſſa deinceps fuit, libroque juncta, tanquam approbatio omnium optima, f. prod. a. 1685. Autor Clero Galliæ Tractatum ſuum dedicavit, qui illius penſiorem poſtmodum *ducentis libris* in ſingulos annos auxit, conf. PLACCII, *Theatr. Anon.* & *Pſeudon.* p. m. 532. b.

g) Iſtam Apologiam P. JURIÆUS compoſuerat, vid. PLACCIUS, cit. cit. pag. m. 560. b.

h) Hanc verſionem a. 1686. typis evulgatam cautione tam auxie religioſa adornavit, ut præter nimiam in ſequendis fontibus diligentiam, nihil unquam in illa fuerit notatum.

i) Prod. a. 1690. & operis cujusdam in univerſa Biblia primus Tomus tantummodo fuit. Summæ nimirum occupationes Autoris, apud Cancellarium Galliæ BUCHERATUM, quæ deinceps acceſſerunt, impedimento fuere, quo minus cœptam telam pertexeret; Cum alias primo iſti, ad huc alia volumina eſſent ſuperaddenda.

## §. XLVI.

*Æmylius* FERRETTI, a) qui Jura in Avenionenſi ſchola & alibi in Italia docuit, *Sacra* certe non oſcitanter legerat, ex hisque tantum hauſerat, quantum homini chriſtiano, nec ad ſacra docendum vo-

cato, ſatis erat; hoc unum conſtantiſſime in animum induxerat, mordicusque ſervabat, *ut nulli noceret, omnibus, quantum fieri poterat prodeſſet. Inopes autem & deſtitutos ſine ulla omnino oſtentatione ſuſtentabat & fovebat; pietate & religione ſingulari, tanta modeſtia, ut, cum omnes ſui ſeculi, eruditione facile ſuperaret; Socratem tamen quendam ageret, nihil ſe ſcire ratus.* -- -- Et illud profecto non indignum relatu viſum eſt, quam æquo animo, quantâ patientia morbi vim tulerit: quam ſe fortiter ad vitæ exitum pararit: voces ſubinde edens non minus pias, quam doctas: nunc veniam delictorum ſuppliciter demiſſoque animo, ab ipſo DEO orans, nunc illi ob beneficia gratias agens. Permulta de DEI ſapientia, bonitate & miſericordia, prudenter pieque diſputans, multa de rerum fluxarum contemtu, illud adjiciens: *Multo utiliſſimum eſſe, interdum ægrotare.* Hac enim via ad ſummi DEI & humanæ imbellitatis cognitionem nos adduci, quam ſolam, veram, ſolidamque ſapientiam eſſe, graviſſimis multiſque verbis confirmabat: reliqua omnia caduca, fluxa, inania ac proinde condemnanda eſſe.

a) FERRETTI *Vita* ab *Heleno* RIBITTO conſignata, extat in BUDERI, *Vitis Clar. JCtor. pag.* 1. *ſequ.* unde, & quidem ex *pag.* 21. 22. 25 & 40. hæc decerpſimus. Conf. etiam de illo PANZIROLLUS, de *Claris Legum Interpretibus*, *Lib. II. cap.* 167.

## §. XLVII.

*Johannes Jacobus* FESCHIUS a) J. U. D. & Reipublicæ Baſileenſis Archigrammateus, in *Novis literar Helvet*

*Helvet.* b) hocce ornatur encomio: Vir fuit præclaro ingenio, inſignis eruditionis, multæ experientiæ, maturi judicii, ſingulari eloquentia, & linguarum exoticarum notitia haud vulgari præditus; - - In converſatione ſuâ fuit admodum humanus, ut cives atque exteri liberum habuerint ſemper ad eum acceſſum; *Erga DEum fuit pius, & hanc ſuam pietatem oſtendit magno ſuorum, & aliorum ſolatio in Schola crucis, in qua ſummo Numini ipſum exercere placuit.* In ultimis vitæ ſuæ annis cum morbis variis confligere, & domi manere coactus, *ſenſim ſeſe & pie præparavit ad mortem.*

a) Obiit, 1705. Vitam illius legere licet in *Novis literar. Helvet de a* 1705. *pag. m.* 40. *ſeqv.* conf. ROLLII, *Sched.* de *Eruditis climacterico maximo denatis*, pag. 19. 20.

b) Cit. l. pag. 41. 42.

## §. XLVIII.

In *Johannis* FICHARDI, a) Patritii & Syndici Francofurthenſis vitæ curriculo b) legitur: FICHARDUS *religioſæ pietatis erat obſervantiſſimus: neque ipſe tantum ſcrutabatur Scripturas, ſed in tota quoque ſua familia verbum* DEI, *ſecundum Apoſtoli præceptum, habitare volebat abunde. Itaque tum ipſe, tum Amanuenſes ad Prandia & coenas dicebant preces & Pſalmos ſacros recitabant, ac diebus Dominicis ex Doctorum Eccleſiaſticorum libris, illis, qui vulgo* Poſtillæ c) *nominantur, explicationem textus Evangelici clara voce prælegebant, ejusque generis interpretes non quærebat, ut alias fit, novos, ſed ob-*

*ſervabat veteres.* Eos vero, qui JCtos, quaſi malos chriſtianos, â rerum ſacrarum ſcientia excludunt, eamque ſibi ſolis arrogant, in numerum hypocritarum referebat, & in Epigrammate quodam, quod cum D. *Henrici* HUSANI, JCti diſertiſſimi, *Carminibus ſacris*, editum eſt, nugatores eſſe oſtendit. d) Ætate profectiori quietis liberalioris, imo & placidæ ex hac vita commigrationis tenebatur deſiderio: ut apparet, ex edito primum a. 1578. & biennio poſt iterato voto, cujus concluſio hæc eſt:

*Vixi huc usque aliis, curis exercitus atque*
*Sollicitudinibus variis, non absque periclis,*
*Quæ mihi non raro Legato obeunda fuêre.*
*Jam rude donari, jam dulcis amore quietis*
*Vivere quod ſuper eſt cupio tranquillus & opto.*
*Quando autem dabitur tandem,* Mihi vivere poſſe?
*Imo,* Chriſte tibi? *qui ſolus terminus atque*
*Unicus es vitæ ſcopus, in quem figere cunctos*
*Et ſenſus animi debemus, & intima cordis.*
*O bone, cum ſoli cupiam Tibi vivere poſthac,*
*Chriſte, pio (tua quæ bonitas eſt) annue voto:*
*Et tandem emerito optatam concede quietem,*
*Inque tuum poſt hanc me vitam ſuſcipe regnum!*

a) Deſcripſit FICHARDI vitam, *Henr.* PETREJUS, quæ extat in Dn. BUDERI, *Vitis Clar. JCtor.* p. m. 241. ſeqv. conf. FREHERI, *Theatr,* p. m. 884. ADAMI in *Vitis JCtor.* p. 250.

b) Vid. BUDDERUS, *cit,* l. *pag.* 290. 291. 297. & 298.

c) De

c) De *Poſtillis Eccleſiaſticis*, *Godofr.* WEGNERUS, peculiarem diſſ. edidit, Regimonti, 1700. 4.

d) Epigramma iſtud a FICHARDO conceptum, legi aliquando in ADAMI, *Vitis JCtorum* & quidem in vita *Huſani*, pag. m. 291. unde illud huc tranſcribere volui:

*Quidam nugantur Jureconſultos parum*
*Curare ſacra religionis dogmata;*
*Quidam negant illorum id eſſe partium,*
*Extra ſuæ profeſſionis limites,*
*Quod egrediantur & pariter tractent ſacra.*
*Utroſque tales noſter* Huſanus *ſui*
*Erroris arguit, & ſuo exemplo docet:*
*Ætate noſtra hos, Juris eſſe ſcientiam*
*Divinorum atque humanorum notitiam.*

## §. XLIX.

*Franciſcus* FLORENS, a) Aurelianenſes primum, deinceps Pariſienſis Jurium Anteceſſor, moribus fuit probis, candidus & veræ chriſtianæ pietati addictus, ut appareret, ejus menti alte inſediſſe religionis catholicæ veritatem. Quoad licebat in parochia ſua divinis intererat; aut quando conciones eccleſiaſticas non vacabat audire, earum loco S. *Joh.* CHRYSOSTOMI *Homilias* b) lectitabat.

a) vid. *Joh.* DOUJATIUS in vita FLORENTIS *ap.* Dn. BUDERUM, ſæpe alleg. *pag.* 215.

b) *Godofr.* WEGNERUS in *ſpecim. Operis biblici pract.* A. 3. de Homiliis CHRYSOSTOMI ita judicat: CHRYSOSTOMI *os aureum, & lingua Nili cataractis uberior fuit; ſiquidem is in* Homiliis *ſuis, vel plane à ſubtilibus & abſtruſis quæſtionibus*

*bus abſtinuit, vel, ſi quid hujusmodi attingendum fuit, ſemper ad populi captum quam commodiſſime fecit, ſeque ſolum in moralem ſenſum ferme ingeſſit.*

§. L.

De *Ortholphi* FOMANNI, Jun. a) JCti Jenenſis pietate ZEUMERUS b) ita ſcribit: *Pietas ejus vix ſatis prædicari poteſt; quotiescunque enim ſacra ſinaxi fuit uſus Pſalmum quendam euchariſticum compoſuit: quoties novum annum ingreſſus, hymnis & preculis â ſe confectis pro beneficiis præcedenti anno in ſe collatis, DEO gratias devotiſſimas egit; quoties dies ipſius natalis recurrit, certam vitæ impoſterum, traducendæ normam ſibi præſcripſit, qualem & in ipſo morbo, quo fuit abreptus, ſi vitam ipſi DEUS ſit prolongaturus, ſequendam his conſignavit verbis:*

Impoſterum omnes actiones meas annuente Spiritus S. gratia primum examinabo ſecundum lydium lapidem verbi divini.

*Deinde hæc mihi regula & norma erit:*

Malo in hac vita odium & contemtum, & poſt obitum præconium & mei deſiderium, quam hic laudem & favorem, poſt mortem autem reprehenſionem & maledictionem.

Hinfort in allen Sachen mein
Soll GOttes Wort mein Richtſchnur ſeyn,
Ein Chriſt hier mehr trag Haß und Schimpff,
Und nach dem Tode Lob und Glimpff.
Als in dem Leben Lieb' und Danck,
Und in der Gruben böſen Nachklang.

a) FO-

a) *FOMANNI* noſtri vitam lege in *ZEUMERI*, *Vitis Profeſſorum Jenenſium*, *Claſſ. II. num.* 38. p. m. 106. add. *FREHERI*, *Theatrum*, *p. m.* 1094.

b) *cit.* l. p. m. 108.

## §. LI.

*Chriſtophorum* FORSTNERUM, a) Magnum illum Politicum ac Cancellarium Montisbelligardenſem, Doctiſſ. CRENIUS, b) ſequenti mactat elogio: *quod eum non tam eruditio doctis, quam Chriſtianis ſua commendaverit pietas*; nec ſine laude FORSTNERI legitur, ſæpius illum in ore habuiſſe: c) Wer mit Welt-Affairen umgienge, derſelbe ſolte ſich *Auguſtini* Buch, de Civitate d) DEI, bekand machen.

a) De FORSTNERO, qui a. 1667. obiit, vid. WITTEN. *Memor. Philoſ. dec.* 8. p. 493. KöNIG. in *Biblioth. vet. & nov.* pag. m. 313. conf. BOECLERUS, in *Muſeo*, p. 70. MEELFUHRERUS, in *Acceſſion.* ad *Almelov. biblioth.* p. m. 34.

b) In *Animadverſ. Philol. & hiſtor.* Part. III. cap. 2. §. 8. p. m. 72.

c) Vid. Compendieuſes Gelehrten Lexicon, edit. JöCHERII, p. m. 990. In epiſtola quadam ad *Albertum* PORTNERUM, quæ legitur in Dn. STRUVII, *Actis literar. ex MSCtis erutis*, faſcic. VI. p. m. 29. 30. FORSTNERUS noſter corruptum Chriſtianiſmi ſtatum hiſce verbis condolet. *Ego* 5. *Kal. Octobr. bujus anni LXIII. ætatis annum ingreſſus ſum. Convaſandi tempus eſt. Abduci poſſumus non ab iis tantum, qui nomine, ſecta, & ſymbolis a nobis diviſi, Pontificii & Calviniani dicuntur, ſed & inter noſtros aliqui ſimplicitate*



Digitized by Google

*tate chriſtiana non contenti, novorum portentis verborum ſyllogiſmorumque contorſionibus, diſtinctionum veternis & eveteris id genus artificii veternoſiſſimi nodis, divina ad computum vocant.*

d) CAROLUS M. admodum delectabatur libris D. *Aurelii* AUGUSTINI, præcipue iis, quos, de *Civitate DEI*, ſcripſit. O ſi mihi, inquiebat, fata duodecim HIERONYMOS, AUGUSTINOSve concederent! ſubjunxit ſtomachabundus præceptor ejus, ALBINUS: Suavis homo, qui duodecim poſtules, cum ſuprema illa atque æterna Majeſtas, tanto temporis ſpatio, duos duntaxat habuerit. vid. AVENTINUS, Lib. IV. *Annal. pag.* 373.

## §. XLVIII.

*Erasmus* FRANCISCI, a) Conſiliarius Hoenloicus, variis ſcriptis Theologicis poſteris ſeſe commendavit, ſcripſit nimirum, 1. Chriſtl. Spatzier-Büchlein, b) 2. Die Geiſtl. Gold-Cammer der bußfertigen GOtt-verlangenden und JEſus-verliebten Seelen, c) 3. Erinnerung der Morgenröhte oder geiſtl. Hahnen-Geſchrey an die vertiefften Hertzen im Schatten des Todes, d) 4. Glantz, Krafft und Würckung der geiſtl. Wandel-Sterne, nehmlich der ſieben Haupt-Tugenden eines wahren Chriſtens, e) 5. Die Seel-labende Ruhe-Stunden, unter der unruhigen Mühe und Thränen dieſer Welt. f) 6. Das unfehlbare Weh der Ewigkeit, g) 7. Das Ehr- und Freudenreiche Wohl der Ewigkeit. h) & plura alia, quæ hic recenſere ſuperſedeo. Cumprimis noſter *Confeſſiones D.* AUCUSTINI, manibus perpetuo trivit, illique libello cum nomine & cognomine ſuo hos duos verſiculos Germanicos præſcripſerat: i)

JEſu

Jeſu du mein höchſtes Guth,
Dir verſchreib ich Hertz und Blut.

Ubi voces, Jeſu, Du, Dir, ich, Hertz, Blut, proprio ē dignito ejus ſanguine ſcriptæ erant. k)

a) Vitam illius vid. in B. PIPPINGII, *Septenario viror. Cel.* ſupra *in notis* ad §. XXIV. *alleg. num.* 4. *pag.* 1078. add. AUTOR des gelehrten *Critici*, *Part.* III. *quaeſt.* 43.

b) Prod. 12.

c) Prod. in 8vo *cum figur.*

d) *Cum fig.* prod. in 8vo.

e) *Cum fig.* in 8vo prod.

f) *Duabus part.* in 8vo proſtat.

g) Prod. *cum Emblemat.* Norimb. 1685. 8vo.

h) *Cum Emblemat.* ibid. 1697. 8vo.

i) Vid. SOMMERLATTII, diſſ. *de Eruditis ſingularis cujusdam libri Amatoribus*, *Cap. II.* §. 7. *p. m.* 35. Conf. *Jo. Conr.* FEUERLINS, *Concionem fun.* verba Hoſ. XI. v. 19. 20. explicantem, atque memoriæ noſtri FRANCISCI ſacratam, *Norimb.* 1697. *ed.* Mirum in modum quoque adamavit noſter hymnum: Hertzlich lieb hab ich dich o HErr 2c. Vid. gelehrten *Lexicon.* p. m. 995.

k) Conf. h. l. B. GOETZII, Ecloga, von Unterſchreibungen, die mit Menſchen Blut geſchehen, 1724. 4to §. 4. & 5.

§. LIII.

*Johannes* FRANCKIUS, a) qui Gudenæ in Lu-



Digitized by Google

ſatia inferiori Conſulatum geſſit, inter alia poëmata in lucem dedit: 1. Vater unſer Harffe, b) 2. Geiſtl. Zion und irrdiſcher *Helicon*, c) imo, Autor etiam eſt d) hymnorum: 1. In dieſer Abend-Stunde erheb' ich meine Stimm, e) 2. Unſre müden Augen-Lieder. 3) Brunnqvell aller Güther; 4. Schmücke dich o liebe Seele. 5. JEſu meine Freude, f) 6. Du o ſchönes Welt-Gebäude.

a) Vid. de eo *Dn.* NEUMEISTERI, Diſſ. de *Poëtis German.* p. 35. Ubi inſimul adducit elogium *Aug.* BUCHNERI, quo FRANCKIUM proſecutus eſt: *quod ſcilicet poëmata illius ita & dictionis venuſtate & inventionum præſtantia ſeſe approbent, ut de ſe Autor jure poſſit jactare, quod Flaccus olim de ſe*: Odi profanum vulgus & arceo. Conf. Olearii, Lieder-Bibliothec, *Part. II. pag. m.* 43. & 44.

b) Hoc ſcriptum, *merum ingenii luxum* vocat NEUMEISTERUS c. l.

c) Prod. *Wittenb.* 1674. 8.

d) Teſte Vener. Dn. SCHAMMELIO, *in Indice hiſtor. Odario Numburgenſi annexo, pag. m.* 26. Cæterum *de hymnis* FRANCKII, vid. SEYFFARTI, *Del. Mel. pag.* 268.

e) Negant quidam, FRANCKIUM verum hujus hymni eſſe autorem, cumque potius *Conrado* HUBERTO, Eccleſiaſtæ Argentoratenſi vel *Henrico* CÆSARI, tribuere cupiunt. Vid. SCHAMMELIUS, in *Odario Numb.* p. m. 64 edit. 1724.

f) Inter abuſus hymnorum in Eccleſia refert. *Joh. Sam.* STRYCKIUS, *quod in toto coetu nimis ſæpe canantur hymni, quos pauciſſimi, & interdum vix tres, ex vero ſenſu canunt, v. g.* JEſu meine Freude *&c. qui toti agunt, inquit, de pleniſſima*

ſima abnegatione mundi & ſui ipſius, hos hymnos dum canit populus, an non plerique DEum in faciem mentiuntur? Melius itaque eſſet, in publicis coetibus tales hymnos rarius canere & non ſine præmonitione; ut plurimum verò tales, quibus aliquid à DEO precamur. In Diſſ. de *Jure Sabbathi*, *Cap. IV. num.* 130. *pag m.* 127. Sed vide quæ STRYCKIO repoſuit Dn. SCHAMMELIUS, in *Odario Numb* pag. m. 464. & 466. De B. SPENERO, inſigni Theologo, refert. Dn. Prof. FRANCKIUS, ὁ μακαρίτης, in Præfatione quæ Parti 2. Der Evangel. Lauterkeit, præmiſſa eſt, quod iſte ſingulis diebus Dominicis ſemper poſt prandium hymnum: JEſu meine Freude; cecinerit. Proſtat quoque in hanc cantionem curâ M. SCHIMMERI, peculiaris liber, ſub tit. Süſſe JEſus Luſt, *Wittenb.* 1690. 8. Sed hæc obiter.

## §. LIV.

*Georgio* FRANTZKIO, a) Cancellario Saxonico, nec non Conſiliario intimo, ut & Tribunalis ſacri in Aula Gothana Præſidi, Celeb. quondam Academiæ Jenenſis Theologus, *Joh.* MUSÆUS, b) hoc laudis teſtimonium tribuit: *Illud*, inquiens, *prædicare ſatis pro dignitate non poſſum, quod, cum maximarum rerum occupationes otium fere omne tibi eripiant, & a literarum tractatione profundas cogitationes tuas diſtrahant, nihilominus quotidie fere aliquid temporis ſuffuraris, quod præ ceteris ſacrarum literarum, in quibus tuæ deliciæ, ſcriptorumque Theologicorum lectioni impendas, adeo, ut penitiorem SS. Theologiæ cognitionem raro JCtorum exemplo conſecutus, de rebus difficillimis exquiſitiſſime judicare valeas.* Accedit huic encomio, quod in Teſtamento c) diligentiſſime anno ante obitum concin-



Digitized by Google

nato, ſexcentos florenos pauperibus, d) ducentos templo S. Margarethæ, ubi ſepeliri voluit, totidem fiſco ſacerdotali, duo mille ſtipendiis, & mille dotandis virginibus deſtinaverit. e) Præterea conſcripſit quoque *Libros II. ſacrorum carminum*, eosque publici fecit juris. f)

a) Vitam B. FRANTZKII deſcripſit Doctiſſimus Dn. ACKERUS, prod. cum Clar. Dn. B. G. STRUVII, præfat. de *Illuſtribus Saxoniæ Cancellariis*, *Lipſ.* 1714. 8.

b) in Dedic. Diſſertationi, de *libero arbitrio*, præmiſſa, *Jenæ* 1642. *hab.*

c) Aſſervatur illud teſtamentum in Tabulario Gothano, teſte Dn. ACKERO, *cit. cap.* 9. p. 71.

d) Clar. Dn. de LUDWIG, Anteceſſor in Academia Halenſi, in diſſ. qua *Jura valetudinarii militum emeritorum expendit*, §. 15. pag. 119. ſeqv. hæc profert: *An imperari à Principe poſſint eleemoſynæ, olim quæſivit, & in favorem pauperum ex graviſſimis rationibus decidit, literatiſſimus JCtus, FRANTZKIUS.* vid. hujus *Reſolut.* Lib. *II. quæſt.* 7. *p.* 105.

e) Vid. Dn. *ACKERUS*, *cit. pag.* m. 69.

f) Sub nomine Chriſtiani *PHILOMETRI*, prod. *Gothæ*, 1656. 8. conf. *FOCKERODT*, in *Conſultat.* VII. quæ de *Poëſi religioſe tractanda*, agit, *pag.* 179.

## §. LV.

De *Marquardo* FREHERO, a) JCto ſua ætate Clariſſimo, in vita ejus legitur b): *Acceſſit ad alias ejus dotes & dona ſingularis comitas, & quæ, de* AUGUSTINI c) *ſententia: tutam veramve in coelum viam molitur,*

*litur, humilitas: quæ cor ſurſum ad Dominum, non contra Dominum levavit: quâ nemini ſeſe prætulit: quæ omnes confidentiæ alicujus cauſas procul à ſe habuit, & alicubi de ſe ita: Hoc credant etiam inimici & invidi,*

Sum memor ipſe mei, atque ſatis mea frivola novi.

Scripta FREHERUS Theologica pro ſuis agnoſcit: 1. *Decalogi, orationis Dominicæ & ſymboli Apoſtolici Saxonicam verſionem vetuſtiſſimam cum notis*, d) 2. *Sermonem votivum* de verbis domini: *Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, ſ. de Numiſmate cenſus.* e)

a) De vita & ſcriptis *FREHERI*, vid. ADAMI, *Vit. JCtor.* pag. 473. ſq. *Pauli FREHERI*, *Theatr.* pag. 1002. ſeqv. *CLARMUNDI*, *Vitas*, P. *II.* pag. 91. ſqv. Dn. WENDLERI, *Auguſtam literatam*, *Cap. II.* §. 4. p. 55. ſeqv. de *FREHERO* noſtro, in *Apophtegm. P. I.* p. m. 149. annotavit ZINCKGRÆFIUS, eum ſæpius in ore habuiſſe illud: Wer ein Weib nimmt, der bilde ſich nur ein, ſie werde das Dominium haben, es geſchehe gleich *clam, vi,* oder *precario.* Et de *Auguſto Thuano* legitur, quod, cum nuncium de obitu noſtri primum accepiſſet, audientibus noſtræ gentis adoleſcentibus præclaræ exiſtimationis, dixerit: *Doleo vices veſtras, perdidit enim Germania veſtra Virum, meo judicio doctiſſimum, cui non adeo facile ſimilem inveneritis ſubſtituendum.* Vid. ADAMI, cit. l. p. m. 477. Cæterum inter familias *Auguſtæ* celebres haud poſtremum locum tenere *FREHERORUM*, indicat Poëta hiſce verbis:

*. . quos jam plus quam duo ſecula claros*
*Cerisque clypeisque, & nobilibus monumentis*
*Rhætica poſteritas ſuſpectat, & arte valentes*
*Phoebea proavos partim ditiſſima frugum,*
*Zeapolis, partimque Auguſta extollit abunde,*

Lau-

Digitized by Google

*Laudibus; irriguo qua ſe Lycus algidus infert*
*Gurgite: Vindelicum rapidus perſindere campum.*

a) Vid. *P. MELISSUS* ſ. *SCHEDIUS*, in *Epithalam.*

b) Vid. ADAMI, alleg. l. p. 476.

c) *Lib.* XVI. *cap.* 4. de *Civit. DEI.*

d) Huncce librum Additamentis auxit *J. J. WINCKELMANNUS*, inſeruitque *Notit. Vet. Saxo-Weſtphal. Oldenb.* 1667. 4. *pag.* 454. ſeqv. Laudat quoque *FREHERI* laborem, Doctiſſ. *CASAUBONUS*, de *Lingua Saxon. pag.* 144. Conf. Dn. â *SEELEN*, *Memoria Stadeniana*, *Cap. II.* n. 48. *pag.* 28. & 29. *Cap. V. Sect. II. num.* 2. *pag.* 184. & 185.

e) Prod. *Heidelb.* 1598. 4.

## §. LVI.

*Ahaſverus* FRITSCHIUS, a) Conſiliarius intimus & Cancellarius Schwartzburgicus, inter omnes, quorum forte hoc in ſchediaſmate mentio fit, tum ob ſingularem pietatem, tum ob documentorum pietatis multitudinem, caput extollit,

*Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi;*

En JCtum polygraphum librorum Theologicorum, & Syllabum quidem eorum tantummodo, quos noſtri viderunt oculi: 1. *Praxis Chriſtianiſmi*, b) 2. *Aſcenſio mentis devotæ* ſ. *Suſpiria ſacra ad JEſum gratiæ thronum*, a) 3. *Diſſertationes tres*, de *Odio & contemtu ſui*, *& de Lachrymis Chriſti*; d) 4. de *Muliere Cananæa*; 5. *Parænesis*, *ad viros politicos*, *ut quandoque ſepoſitis negotiis civilibus*, *ſacris meditationibus incumbant*; e)

6. Der

6. Der am Creutz blutende und ſterbende JEſus; f) 7. Das von JEſu überzeugte heutige falſche Chriſtenthum; 8. JEſus alles in allen, d.i. Süſſe JEſus Andachten von JEſu Chriſto, g) 9. Gebeth-Opffer oder Hand-Büchlein, h) 10. Liebes- und Andachts-Flammen, i) 11. Suſpiria & ſoliloquia piæ animæ devota, d.i. 400. Chriſtl. Hertzens-Seufftzer und andächtige Seelen-Geſchräche, k) 12. Bibliſche Seelen-Geſpräche, l) 13. Paßions-Hand-Büchlein, m) 14. Himmels-Luſt und Welt-Unluſt, n) 15. Gottſeelig, glückſeelig oder Tract. darin aus Göttl. Schrifft klahr erwieſen wird, daß ein Gottſeeliger Menſch ein recht glückſeeliger Menſch ſey, o) 16. Beicht- und Communion-Büchlein, p) 17. Apoſtoliſches Chriſtenthum, q) 18. Von ſchuldiger Erbauung des Nächſten, durch Geiſtl. Geſpräche, r) 19. Daß, in der Kirchen ſchlaffen, Sünde ſey, ſ) &c. t)

c) De piiſſimi hujus JCti *vita* conſule SINCERI, *Vit. JCtor. Tom. II. p.m.* 18. *ſequ.* PIPPING, *Septenar. Viror. Celeb.* ſupra *in notis* ad §. XXIV. cit. pag. 1104. Monahtliche Auszüge, de a. 1702. menſ. Jan. num. 15 p. 57. ſequ. B. *Joach.* FELLERUS, in effigem FRITSCHII ſcripſit:

So ſieh't Herr Cantzler Fritſch ein trefflicher Juriſt,
Auch ein Theologus und GOtt erleuchter Chriſt.

a] De KüSTERO, vid. B. GRUNDMANNI, *Oſſa & cineres*, a. 1716. p. 85. ſeqv. Gelehrte Zeitungen, *de a.* 1716. *num.* 52. *p.* 411. & *de a.* 1717 *num.* 5. *p.* 37 *ſeqv.* Dolendum modo, quod vir hic doctiſſimus a. 1713. relictis Lutheranorum caſtris ad Pontificios tranſierit; Cauſas apoſtaſiæ KüSTERI, Dn. AUTORES, *Actorum erud. Germ. Part.* LXII. *pag. m.* 142. detegunt ſequentes: Wir ſetzen bey des gelehrten L. KüSTERS ſeinen Umtritte nur noch dieſes hinzu,

daß ihn zu Ergreiffung dieſes Schluſſes theils ſein Zuſtand, theils ſeine wunderliche Gemühts-Arth gebracht. Denn er war in ziemlicher Dürfftigkeit, und noch dazu in Schulden, ſahe auch wegen gewiſſer Umſtände kein nahes Mittel ſich zu retten, und überdem hielte Er ſich unter den Proteſtanten nicht geehrt und angeſehen gnug, wegen welcher beyden Puncten Er unter dem Römiſch-Catholiſchen ſeine Rechnung beſſer zu finden vermeinte. Dis iſt ein Bericht von dem ziemlich gute Gewähr kan geleiſtet werden, und fället alſo dadurch das Vorgeben deſto eher hinweg, daß er bey Herausgebung des Neuen Teſtaments von dem unbetrüglichen Anſehen der Kirche und Nohtwendigkeit ſich derſelben zu unterwerffen überzeuget worden. Cæterum de *Doctis Apoſtatis* peculiarem Comment. Dn. *Jo. Henr.* BOCRISIUS, 1716. ed. Speciatim vero de illis, qui ex Lutheranorum coetu ad Pontificios defecêre, agit, Dn. **Bernhard**, in der Curieuſen Hiſtorie der Gelehrten, Lib. III. Part. 6. cap. 10. p. m. 512. ſeqv.

b] *Joh.* MILLII, Novum Teſtamentum, Opus XXX. annorum, (vid. *Commentationem* meam *de Scriptis Eruditorum in quorum elaboratione Autores multum temporis conſumſerunt*, 1724. 8. ed. *pag.* 45. §. 52.) jam a. 1707. *Oxoniæ* fol. prod. vid. Neuer Bücher-Saal *Part.* VI. *pag.* 434. ibi: Es macht die unbeſchreibliche Mühe und der ungemeine Fleiß, ſo Er, MILLIUS, dabey angewendet, daß Er auch noch ſeinem Tode den Ruhm behält, daß man Ihm die allerbeſte, vollkommenſte und nützlichſte Edition des Grund-Texts neuen Teſtaments zu dancken hat.

c) Prod. *Roterod.* 1710. fol. & recenſetur im Bücher-Saal, cit. modo l. ubi Dn. *AUTORES* pergunt: Um ſo vielmehr hat ſich der berühmte Herr KüSTER die gelehrte Welt verbindlich gemacht, daß er in dieſer neuen Auflage noch vieles

Digitized by Google

vieles zu mehrer Vollſtändigkeit und bequehmer Einrichtung deſſelben beygetragen.

## §. LXXXVII.

*Chriſtophorus* LACKNERUS, a) J. U. D. & Conſul quondam Regiæ liberæque in inferiori Hungaria civitatis Semproníenſis, patrem habuit Aurifabrum, â quô artem hanc in ætate juvenili ita exacte didicit, ut alios, eidem arti addictos, multis paraſangis poſt ſe reliquerit; Pocula, pateras, calices, annulos, pelvim & alia vaſcula argentea manu propria artificioſé elaborata, FERDINANDO II. Imperatori, b) teſtamento legavit, ut iſte teſtamentarias â ſe factas diſpoſitiones, *Legata in Evangelicorum Studioſorum ſtipendia & ſubſidia* confirmaret. *Teſtamentum nimirum oondidit, derelictas facultates plusquam Centum millium in pias cauſas coetus Evangelici cum ratificatione ſolenni Regia diſtribuit, in quibus pauperes ſtudioſos, indole optima præditos, ſtipendiis annuis ornandos & in Academiis liberaliter ſuſtentandos, & pauperum civium filias certâ pecunia dotandas & in nuptiis juvandas cenſuit;* c) Extat etiam libellus quidam LACKNERI, ſub rubro: Emblematiſcher Tugend-Spiegel, d)

a) VId. *de eo*, CZVITTINGERI, *Specimen Hungariæ literatæ, pag. m.* 222. *ſeqv.*

b) FERDINANDO II. Imp. tam charus fuit LACKNERUS noſter, ut nullo monitore præmiſſo, (unangemeldet) quoties Aulam Cæſaream viſeret, liberrime accedendi Imperatorem copia pateret & facultas. Occaſionem inſolitæ

Digitized by Google

tæ hujus Clementiæ exponit CZVITTINGERUS cit. pag. 223.

c) Hæc omnia annotavit *CZVITTINGERUS alleg. l.*

d) Prod. *Francoſ.* 1618. 8.

## §. LXXXVIII.

*Andreas* LANGIUS, a) JCtus Lubecenſis, Pietatem, quam ſtrenue coluit, variis ſpeciminibus declaravit, quorum aliquot hic adducere, operæ pretium duxi. Primum itaque locum occupent *Regulæ vitæ,* b) quas ſibi ipſi præſcripſit:

1. *DEum ſuper omnia ama & verere, & nullibi omnipræſentia ac omniſcientia ejus animo tuo excidat.*
2. *Quicquid tibi jucundi, vel boni acciderit, id DEO grato animo attribue; quodſi malus ingruat caſus, eidem, quod pejorem averterit, gratias age.*
3. *Quoties campana ſonat, Deum tacitus ora, ut beatum vitæ exitum tibi concedat, cum ab eo omnia pendeant.*
4. *Quoties ſurgis & cubitum is, quoties pedem domo efferſ & redis,* c) *DEum precibus, ſaltem tacitis, adi.*
5. *Quoties ſtudere incipis & imprimis quoties de Jure reſpondere,* d) *aut quid conſcribere debes, prius DEum roga, ut Spiritum veritatis tibi concedat, qui te in omni ducat veritate.*
6. *Non animo vago, ſed fideli & ardenti ora, & ut poſſis, DEI auxilium invoca.*

7 *Ex*

Digitized by Google

7. *Ex ſingulis concionibus aliquid, quod vel ad fidem, vel mores ſpectat, animo imprime.*

8. *Jusjurandum* e) *niſi exigat neceſſitas, non præſtes, & qui injurato tibi non credit, eum valere jube.*

9. *Conjugem ſincero amore complectere, nec alias foeminas oſculari in mentem tibi veniat, niſi vel mos* f) *vel civilitas id exigat.*

10. *Neminem maledictis proſcinde: alios, qui criminis haud aperti inſimulantur, excuſa, & qui circumferuntur rumores, pro veritate habere noli.*

11. *Alea,* g) *vel chartis,* h) *niſi ab alio rogatus, raro* i) *lude, & ſi ad ludum deſcendendum eſt, animi* k) *id fiat, non lucri, cauſa: Cave itaque ob perditos nummos triſtitia afficiaris.*

12. *Cum inter præcipua tua vitia ſit, levi de cauſa excandeſcere;* l) *id, ut vitetur, omni animi contentione allaborandum eſt.*

13. *Sorte tua ſis contentus, nec majora appete.*

14. *Nullus dies abeat, quô non pauxillum quid pauperibus dederis.*

15. *Omnia Chriſti merito, nihil plane tuis operibus appones.*

16. *De futuris non ſis anxius, ſed totum te DEO permitte, utcunque res acciderint, contentus; Impoſſibile enim eſt, ut DEUS fidentem deſerat.*

17. *Cum facta infecta fieri non poſſint, quæ præterita ſunt, & curis tuis reparari non poſſunt, inſuper habe:*

*be: Criminum tamen tuorum veniam quotidie â DEO pete.*

18. *Nihil unquam de te præſumas, cum quicquid ingenii, vel memoriæ* m) *eſt hominibus, momento temporis poſſit perire.*

19. *In omni converſatione attende, quid in alteris verbis factisque tibi placeat, diſpliceatque: illud imiteris, hoc fugias.*

20. *Nullum hominem contemnas, aut de induſtria irrites, cum vel viliſſimi opera magno tibi uſui olim eſſe poſſit; Hinc erga ſuperiores veneratione, erga pares comitate, erga inferiores humanitate, decenti ubique hilaritate condita, utaris.*

21. *Incerta pro certis tradere & de iis contendere noli: ſæpe etiam, in re, quam exploratam habes; alteri contra nitenti, cede.*

22. *Nullus dies abeat, in quo non aliquid ante ignoratum didiceris.*

23. *Quotidie unam horam meditationi,* n) *ſi opus eſt, concede, ne nimia lectione animus obruatur potius, quam inſtruatur.*

24. *Cogitationes vanas & inutiles ex animo expelle.*

25. *Verba obſcoena & laſciva os tuum non proferat.*

26. *Ut eo magis a cupiditate ludendi* o) *abſtraharis, omne quod compenſato damno lucrum è ludo tibi obvenit, pauperibus eroga.*

27. *Cum inceperis decimam numeratæ pecuniæ partem, ſive ex reditu ſortis, ſive ex Praxi forenſi, ſive aliunde*

Digitized by Google

*de tibi obvenientem piis cauſis dicare, propoſitum id conſtanter ſerva, nullamque pecuniam tutius collocari poſſe, exiſtima.*

28. *Singulis veſperis quid per diem bene ſecusque feceris cogita,* p) *vitamque quotidie emendare ſtude.*

Documenta animi ipſius religioſi porro ſunt Cantilenæ, quas elaboravit, quoties ſanctiſſimo Epulo uſus eſt; q) Nec minus ſingularis quoque pietas elucet ex precibus, r) ab JCto quotidie effundendis, quæ ſic incipiunt:

I.

Brunnquell der Gerechtigkeit,
GOTT, o du gerechtes Weſen,
Deſſen Hand den Böſen dräut,
Und die Frommen hat erleſen,
Laß dir meines Hertzens-Flehen,
Meine Bitt zu Hertzen gehen.

2.

Sende Weißheit und Verſtand
Zu mir, HErr, aus deiner Höhe,
Daß das Unrecht werd' erkannt,
Und ich gleich, was recht iſt, ſehe,
Daß ein Labyrinth der Sachen
Mich nicht mög verwirret machen.

3.

Sey mein Lehrer dieſen Tag,
Und laß Deinen Geiſt mich treiben,
Daß ich nichts verſehen mag,
In dem Reden oder Schreiben,

O 2 Seegne

Seegne meine Wort' und Thaten,
Und laß mich, was gut iſt, rahten.

4.

Gib mir ſolch ein Hertz dabey,
Das aufrichtig möge wandeln,
Und ohn' alle Furcht und Scheu,
Nur nach den Gewiſſen handeln,
Daß ich mich nie mög befleiſſen
Das, was unrecht, recht zu heiſſen. 2c.

Quid? quod ex ejus ſcriptis s) editis pariter ac ineditis, præcipue poeticis, t) tantum apparet pietatis ſtudium, ut, ſi alia deeſſent, ſolum hoc illuſtre probitatis exemplum ſatis poteſt deſtruere tritum illud Dicterium: Juriſten ſind böſe Chriſten. u)

a] *Vitam* B. LANGII, vid. in *Dn. a* SEELEN *Athenis Lubec. Part.* III. *p. m.* 49. *ſqv.* conf. Præfat. quæ *Introductioni Langiana in Notitiam Legum nauticarum & ſcriptorum Juris, reique maritima*, edit. Lubecæ a. 1724. 8. præfixa eſt. Add. omnino B. Dn. GOETZII, peculiare, quô LANGIUM noſtrum laudavit, ſcriptum, cui tit.: Das Verlangen derer Gläubigen nach einen frommen Leben, und heiligen Abſterben. *Lubecæ*, 1713. *in fol.* & 8.

b) Vid. *Athenas Lubec. cit.* p. m. 55. nec non *alleg. præfat.* fol. 3.

c) CLEOBULUM, unus ex Septem Græciæ Sapientibus, ſuas inter Sententias & hanc habuiſſe, legitur: *Antequam domo quis exeat, quid acturus ſit, apud ſe pertractet; rurſus cum redierit, quid egerit, recogitet.*

d) Doctiſſimi *Novor. liter. Hamburg.* AUTORES a. 1709. pag. 137.

Digitized by Google

137. de *Joh.* SCHNEIDEWINO, JCto Clar. referunt: *Quod nunquam, niſi prægreſſa oratione ad DEum, Acta ſibi tranſmiſſa perluſtraverit.*

e) Materiam de juramentis quod attinet, & de eo quod circa juramenta juſtum eſt, Vid *Pauli* STOCKMANNI, Tract. von Eid und Meineid, Lipſ. 1709. 8. Part. I. cap. I. §. 5. & 6. item Part. III. cap. 2. quæſt. 1.

f) de more oſculo ſeſe ſalutandi apud Veteres, vid. doctiſſimam Diſſ. *Joh. Jac. CLAUDII*, de *Salutationibus veterum*, *Ultraj.* 1702. 12. ed. cap. 4. *pag. m.* 37. ſeqv. conf. *Petri MULLERI*, Diſſ. de *Oſculo ſancto*, *cap.* 9. *pag. m.* 52. ſeqv.

g) De veteribus Germanis ille prudentiæ πολιτικῆς promocondus, *Corn. TACITUS*, memoriæ hæc tradidit: *Aleam, ſobrii inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate ut, cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate ac corpore contendant*; *De Moribus Germanor. Cap.* 24 *num.* 2. & 4 conf. ad hunc locum, *Matth. BERNEGGERI*, *Quæſtiones miſcellan.* edit. *FREINSHEMII*, *Argentor.* 1640. 8. *quæſt.* 132. adde quæ de *HISPANIS* hanc in rem refert, *PASCHASIUS JUSTUS*, in Libello peculiari, *de Alea*, *Amſtelod.* 1642. edito, Lib. I. pag. m. 22. & 23. Alias quoque *Andr. SENFTLEBII*, *Opuſculum* poſthumum, *de Alea veterum*, proſtat *Lipſiæ*, 1667. 8.

h) De pruritu *HISPANORUM* cum chartulis ludendi, *Paſchaſius JUSTUS* modo allegatus Lib. I. *pag. m.* 40. & 41. tradit: *Mihi longe lateque Hiſpanias luſtranti, ſæpe contigit, ut cum multis locis nihil eorum quæ ad victum faciunt, non panem, non vinum invenire poſſem: tamen nunquam caſtellum, aut vicum ullum adeo abjectum & obſcurum tranſire potui, in quo non chartulæ venirent. Quod quidam in aula Regis, non parvi nominis mercator, callide advertens, magna cura ſummoque ſtudio & diligentia ab*

 *Impera-*

*Imperatore* CAROLO AUG. *contendebat, nemo ut in Hiſpaniis decennio, præter ſe, tabellas (ſc. luſorias) diſtrahere poſſet; quod cum beneficii, gratiæque cauſa obtinuiſſet, ita prædives deinde factus eſt; facile ut tum cæteris negotia ibi gerentibus hominibus, magnis opibus & potentia præſtaret.* Sed hæc obiter.

i) Nam juxta verſiculos:

*Luſori cupido ſemper gravis exitus inſtat;*
*Sæpe gravis nummis luſor venit; exit inanis.*

Unde ex hoc ſtudio non raro mendicitas, ex mendicitate mala mens, malus animus, & conſequenter ad ſcelera facineroſiſſima audenda proclivitas oriri ſolet; ut optime exiſtimaſſe putandus ſit *Anton. FLORENTINUS*, qui, *tot crimina, quod in taxillis puncta, ex ludo naſci*, aſſeverat. vid. *BERNEGGERUS* cit. l.

k) *Moderatus luſus* (inquit BERNEGGERUS *l. alleg.*) *& comparatus vel ad ingenuam recreationem, vel acuendum ingenium, qualis præcipuè Schachorum & Arithmomachia eſt, non improbandus.* *CICERO* in aureo libello *de Officiis* Lib. I. ſcribit: *Ludo & joco uti quidem licet, ſed ut ſomno & cæteris quietibus, tum, cum gravibus ſeriisque rebus ſatisfecerimus.*

l) In *Joh. Petri MAFFEJI* laudem *ERYTHRÆUS* in *Pinac.* II. *num* 14 *p. m.* 350. narrat: *Ita iracundus erat, ut interdum ſe continere non poſſet. Sed habebat hoc, ut veſpere, cum, more Societatis JEſu, in cubiculo clauſus, introſpiceret in mentem ſuam, eamque omni cogitatione pertractans, percontaretur ipſe ſe, quid eo die vel egiſſet, vel dixiſſet, ſi occurreret, aliquem vehementioribus à ſe verbis, fuiſſe appellatum, ex poenitentia, magno animi dolore correptus, exſurgens, atque ad illum, quantum poteſt accurrens, ad ejus ſe pedes abjiceret & humilibus ac demiſſis eum precibus, ut ſibi ignoſceret, exoraret.*

m) SE-

Digitized by Google

m) SENECA inquit: *Memoria eſt res ex omnibus partibus animi maxime delicata, & fragilis, in quam prima Senectus incurrit.* Et pertinent huc *exempla Eruditorum qui Memoriam amiſère ſuam*, ut *Theod.* BEZÆ, vid. der Unpartheiſche *Bibliothecarius, Part.* IV. num. 62. *pag.* 276. *Georg* TRAPEZUNTII & *Franciſci* BARBARI, v. ZEILLERUS, *in Epiſt.* 60. *Centur* I. *pag. m.* 169. *Dan.* HEINSII, v. CLARMUNDUS, *in Vitis Clar. viror.* p. 158. *Phil.* DECII, vid. ZEILLERUS, c. l. *Valerii Corvini* MESSALÆ & *Joh. Petr.* TITII, vid. Monahtl. Auszüge *de a.* 1702. p. 36. 37. *in not.* conf. *Georg.* TRINCKHUSII, Diſſ. de *Memoriæ lapſibus doctorum virorum*, 1668. Dn. *Caroli Frid.* PEZOLDI, diſſ *de Oblivione memorabili, Lipſ.* 1704. add. CRENII, *Animadverſiones Philol.* & *hiſtor. Part.* X. *cap.* 2. §. 2. *pag.* 122. ſeqv.

n) *Ut*, enim, *terræ variis mutatisque ſeminibus, ita ingenia noſtra nunc hac nunc illa meditatione recoluntur*; ſunt verba PLINII, Lib. VII. *epiſt.* 9. §. 3. Modum tamen omnino exceſſit *Jo. Baptiſta* MARINUS, quem BRASSUS, in *Elogiis* ſuis, *Neapolitanum Ovidium* vocat: Iſte nimirum foco forte aſſidens, in acerrima adeo cogitatione ADONIDIS, pulcherrimi iſtius Italici Poematis, (vid. ERYTHRÆUS, in *Pinacoth.* I. *pag. m.* 34. & 35.) μετέωρος quaſi, ſuique pene oblitus hærebat, ut in iſto meditandi calore, nec ignis vim, crura ſua lædentis affligentisque, experiretur. vid. *Præfat.* Dn. *Henrici* MUHLII, *Convivio* ejus *erudito Gaudæ apud Batavos in ædibus Almeloveanis* d. XVIII. Jul. 1692. *celebrato*, præmiſſam, fol. 10. a.

o) Aliud remedium contra ludendi pruritum ex *Ephemerid. Naturæ Curioſor.* adducit Doctiſſ. WAGENSEILIUS, in Tract. von Erziehung eines jungen Printzen, pag. m. 133. verba hæc ſunt: *Omnibus curioſis notum eſt, quod ſi enormium chartæ vel teſſeræ luſorum manus, virgis cæſoriis* ( quibus *carni-*

Digitized by Google

carnifices cædendis maleficis ſunt uſi, ) *intra ludendum cadantur, omni poſtea ludendi delectationi adverſentur.*

p) Elegans ſane locus eſt, qui legitur in SENECÆ, Libro III. *de Ira, cap.* 35. *Faciebat hoc,* inquit, SEXTIUS, *ut conſummato die, cum ſe ad nocturnam quietem recepiſſet; Interrogaret animum ſuum: Quod hodie malum tuum ſanaſti, cui vitio obſtitiſti? qua parte melior es? Deſinet ira, & erit moderatior, quæ ſciet, quotidie ad Judicem eſſe veniendum. Quid ergo pulcrius, ac conſuetudine excutiendi totum diem? Qualis ille ſomnus poſt recognitionem ſui ſequitur, quam tranquillus, altus ac liber, cum aut laudatus eſt animus, aut admonitus, & ſpeculator ſui cenſorque ſecretus cognoſcit de moribus ſuis? Utor hac poteſtate, & quotidie apud me cauſam dico; cum ſublatum è conſpectu lumen eſt, & conticuit uxor, moris & jam mei conſcia, totum diem mecum ſcrutor: facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipſe abſcondo, nihil tranſeo: quare enim quicquam ex erroribus meis timeam, cum poſſim dicere? vide ne iſtud amplius facias, nunc tibi ignoſco.*

q) B. Dn. GOETZIUS, in ſupra allegato ſcripto pag. 12. hancce pietatem ſequentibus deprædicat verbis: So offt Er zum Tiſche des HErrn gieng, pflegte Er jederzeit ein ſchönes Lied zu verfertigen, um ſich in guter Andacht zu unterhalten, und ſeines HErrn JEſu Wohlthaten danckbarlich zu erheben.

r) Has preces a. 1710. B. AUTOR literis mandavit ſub tit. Tägliches Gebeth eines Juriſten, ſo ich A. 1710. den 6. Jul. zu meiner Nothdurfft aufgeſetzet.

s) Recenſentur B. LANGII *Scripta* in *Athenis Lubec, cit. pag.* 62 *ſequ.*

t) e. g. Weyhnachts Gedancken, Lub. 4. vid. *Athen. Lub.* p. m. 65.

m. 65. Die Hiſtorie der erſten Eltern. Lub. 1708. quo in pöemate EVA arboris vetitæ fructus aſpiciens, ita introducitur:

Soll ich eſſen, oder nicht?
Die Begierde heißt den Willen
Zu erfüllen,
Da das Hertz hingegen ſpricht:
Thu es nicht.
Schöner Baum da die Gedancken,
Mehr als deine Blätter wancken,
Gieb durch Rauſchen mir Bericht:
Soll ich eſſen, oder nicht.

Porro? Die Aufopfferung Iſaacs, wie ſolche von GOTT befohlen und wiederruffen worden. *Lub.* 1709. 4. vid. *Athen. Lubec. c. l.* p. 68. item: Die Erniedrigung und Erhöhung Joſephs, als ein Bild der Erniedrigung und Erhöhung Chriſti. Lub. 1710. 4. vid. *Athen. Lub. l. alleg. pag.* 68. & 69. Die Ausführung der Kinder Iſrael aus Egypten, *Lub*, 1711. 4. Die Einführung ins Land Canaan durch Joſuam, als ein Bild der Einführung ins ewige Leben durch JEſum, *Lub.* 1712. 4. Der Irdiſche Simſon, der in vielen Stücken ein Bild des Himmliſchen iſt, *Lub.* 1713, 4.

u) Omnia quæ hic, de B. LANGIO, prolata ſunt, ex Literatiſſimi *Dn. á* SEELEN, *Athenis Lubecenſibus* me hauſiſſe, grata mente profideor.

## §. LXXXIX.

*Joh.* LANGIUS, c) Sileſius & Ferdinando I. Imper. a Conſiliis, JCtus fuit eximius, Pöeta excellens, Græceque egregie doctus. Debemus illi

P NICE-

NICEPHORI, b) *Hiſtoriam Eccleſiaſticam*, quam è *Græco* ipſe primus magno labore *Latinam* fecit. c)

c) De LANGIO noſtro vid. FREHERI, *Theatr. pag. m.* 1257

b) De NICEPHORO ejusque *Hiſtoria Eccleſiaſt. vid.* CLARMUNDI, Einleitung zur Wiſſenſchafft der Kirchen Scribenten, *pag. m.* 90. & 91.

c) *Vid* SAGITTARII, *Hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 8. *pag. m.* 40. & CLARMUNDUS *cit.* l.

## §. XC.

Si verum eſt SENECÆ effatum: *Neminem alium DEO digniorem eſſe, quam qui opes contemſerit; Petrus* certe LASCENA ſ. LA-SENA, c) JCtus Neapolitanus ac BARBERINI, Cardinalis, Bibliothecarius, locum ſuum hic quoque ornat. Scribit nimirum de illo ERYTHRÆUS: b) *Omnium, qui Neapoli eſſent, conſultiſſimus habitus eſt. Sed, quod eſt admirabile, ſingulari, ingenui atque ab omnis lucri cupiditate abhorrentis animi exemplo iis, qui à litibus oppugnati, in patrocinii ſui tutelam præſidiumque confugiſſent, non mercenariam, ſed gratuitam operam dabat.*

a) Vita ejus vid. in ERYTHRÆI *Pinac.* I. *p. m.* 106. *ſequ.* conf. Allgem. Hiſtoriſches Lexicon P. III. p. m. 284. b, WITTEN. *Diar. Biograph. Tom. I. ad a.* 1636.

b) *Cit. l. pag. alleg.*

## §. XCI.

*Godofredus Guilielmus* à LEIBNITZ, a) S. Cæſar.

Maj.

Maj. Conſiliarius, nec non S. Regiæ Maj. Brittannicæ M. ac Electoris Brunſvico-Luneburgici ab intimis Juſtitiæ conſiliis, libro iſto quem ſub Titulo: b) *Eſſais de Theodicee ſur la Bonté de Dieu, la liberté de l' homme & l' origine du mal;* publicum in uſum emiſit, maximam omnino ſibi comparavit laudem. Juvat hoc loco ex relatione c) quadam, de hocce libro ſequentia excerpere: "Noſtris temporibus inter præcipuos „veritatum & novarum inventores & antiquarum aſ„ſertores ſummum facile locum obtinet Perilluſtris, „libri cujus excerpta damus, Autor G. G. LEIBNI„TIUS, magnum hoc in Republ. literaria univerſa No„men, meditata ſua, quæ ipſi multorum annorum „aſſiduo hoc in argumento labore & ingenii nunquam „remiſſa exercitatione enata ſunt, hinc inde jam ſpar„ſim publicata collegit hortatu Sereniſſimæ quondam „Boruſſorum Reginæ, *Sophiæ* CHARLOTTÆ, quæ „cum acutiſſimi illius & per orbem literarium Ce„leberrimi Viri, *Petri* BÆLII, d) Libros doctrinæ & „elegantiæ plenos libenter legeret & in iis crebras „objectiones circa Juſtitiam divinam, Arbitrii huma„ni libertatem, Mali originem, aliaque religionis ca„pita animadverteret, ſententiam ipſius non raro ro„gavit, cumque ipſe oſtenderet, difficultates tantas „non eſſe, quantæ viderentur, remque omnem dilu„cide expediri poſſe; plus ſemel inſtitit, ut Meditati„nes ſuas in chartam conjiceret & *Gallicâ* quidem „*Lingua*, quo ab ipſa & aliis etiam extra Germani„am Latinæ minus aſſuetis legi poſſent. Et quam„vis morte Reginæ Inclytæ opus abrumperetur, ami-

„ci tamen, quibus Reginæ voluntas nota fuerat, Per-
„illuſt. Autorem a. 1707. Berolini agentem, urgere non
„deſtitêre, ut mandatis ejus ex aſſe ſatisfaceret. Ita
„natum ipſi eſt *incomparabile* illud *Theodiceæ* Tenta-
„men, quod, *ſi libri molem conſideres, exiguum, ſi*
„*rerum gravitatem, vere magnum cenſeri debet.* Sic
„enim egit Vir Cel. DEI cauſam, ut ſatis appareat,
„DEum ultimis hiſce temporibus, per organon hoc
„ſuæ gratiæ, homines in regno tenebrarum adhuc
„conſtitutos illuminare, ſuarumque perfectionum
„cognitione, quæ unicum illud veræ pietatis omnis-
„que virtutis fundamentum eſt, implere voluiſſe,
„&c. e)

a) Vid. de Ill. LEIBNITIO, *Grundmanni Oſſa & cineres*, 1716. *pag.* 20. Gelehrte Zeitungen, *de a.* 1717. *num.* 46. *pag.* 369. *ſequ.* Manibus illius, ſc. LEIBNITII, Poëta non invenuſtus ita parentavit:

Der groſſe Leibnitz ſtirbt und läſt die kluge Welt
Ruhm, Ehre, Freund und Feind, und ungenoſſnes Geld;
Doch nimmt Er, o Verluſt! viel löbliches Beginnen,
Fleiß, Wiſſenſchafft, Verſtand und Kunſt mit ſich von hinnen.

Et Dn. ECKARDUS, in *Hiſtoria* ſua *Studii Etymologici, cap.* 39. *pag.* 326. in ejus effigiem hæc profert:

*Aſpice, quem nobis peperit Germania mater,*
*Cui par viderunt ſecula nulla decus.*
*Nec tibi in immenſo verum jam finge profundo*
*Nam tenet hic veri, quicquid in orbe latet.*

b) Prod.

Digitized by Google

b) Prod. *Amſtel.* 1710. 8. & *Germanice*, 1720. 8. AUTOR der gelehrten Zeitungen, *cit. l. p. m.* 374. refert: Seine, des LEIBNITII, Briefe an den Herrn PELISSON, darinn Er die Evangeliſchen gegen die Römiſche Kirche vertheidiget, hat Herr PELISSON, dem Vierdten Theile von ſeinen Reflexions ſur les differents de la Religion, einverleibet. Ipſe noſter *Leibnitius* in Epiſt. ad *Jac.* THOMASIUM a. 1669 perſcripta de ſe quoque fatetur: Conſcripſeram aliquando per otium, tumultuaria tamen „ opera, in diverſorio duas circiter plagulas, qvibus de „ *Demonſtranda ſolito accuratius immortalitate animæ exiſtentia* „ *DEI agebam.* Has communicaveram cum amico; per „ hunc venêre in manus SPENERI, Paſtoris Francofurtha„ ni, autore tamen merito diſſimulato. SPENERUS „ SPIZELIO transmittit, SPIZELIUS ſuæ illi Epiſtolæ ad „ *Anton. REISERUM de Eradicando Atheiſmo* nuperæ fini (*pag.* „ 121.) adjecit, ſub tit. *Confeſſio naturæ contra Atheos.* Id ego „ non improbo, pergit LEIBNITZIUS, unum doleo, quod „ mendoſiſſime illud Schedion impreſſum eſt, imprimis „ Sorites ille, quo demonſtrare conatus ſum immortalitatem „ animæ, mutatis linearum initialibus mire perturbatus eſt. Vid. Dn. *STRUVII, Acta literar. ex MSCtis eruta*, faſcic. VII. pag. 67. & 68.

c) Inſerta eſt illa Relatio, *Parti* XVIII. des Neuen Bücher-Saals, *num.* 1. *pag.* m. 378. *ſeqv.* & *Part.* XX. *num.* 1. *pag.* 529. ſeqv.

d) De *Petro* BÆLIO, qui Roterodami Philoſophiam ac Hiſtoriam cum laude docuit, & a. 1706. obiit, vid. *Acta eruditor*, 1711. *pag.* 103. *ſeqv.*

e) Verba hæc legere licet, im Neuen Bücher-Saal, cit. *Part.* XVIII. *pag.* m. 379. & 380.

 §. XCII.

Digitized by Google

## §. XCII.

*Ambroſius* LOBWASSER, a) Jurium in Academia Regiomontana olim Profeſſor, *Pſalterium Davidis*, b) *Germanice, rhythmis*, horis ſubſecivis *tranſtulit & illuſtravit*, additis argumentis Pſalmorum & precationibus breviſſimis. Compoſuit etiam hymnum in ecclesia noſtra ſatis notum: Wie nach einer Waſſerquelle. c)

a] *Vitam* hujus lege apud ADAMUM in *Vitis JCtor pag. m.* 267. FREHER in *Theatro pag.* 896. Proſtat quoque B. LOBWASSERI *Vitæ curriculum* carmine elegiaco, *Regiom.* 1585. Ipſe Epitaphium moriturus de ſe tale fecit.

*Expertus mundi vanas res eſſe nihilque*
*Hic quoque nunc jaceo, pulvis & umbra, nihil.*
*Sed qui de nihilo coelum terramque creavit,*
*Me cum carne mea non ſinet eſſe nihil.*
*Hâc ſpe nil, mortem feci, nil omnia feci,*
*Nil nihili vermes poſſe nocere ſcio.*

b) *De hoc Pſalterio* vid. Judicia in OLEARII, *Lieder Bibliothec*, Part. II. *Pag. m.* 54. & 55. nec non in *Caſp.* FINCKII, *Præfat.* in *Librum Cantionum Coburg. pag.* 11. item in B. FEUSTKINGII, præf. ad librum hymnorum â *Paulo* GERHARDO compoſitorum: Adde BACKII, *Comment. in Pſalmos* fol. 15. *Prolegom. Editiones* vero hujus *Pſalterii* recenſet Dn. SERPILIUS, in der Fortſetzung der zufälligen Gedancken paſſ. 51. 52. Poëta iſte, qui, uti monui, LOBWASSERI vitam metrice deſcripſit, de Pſalterio noſtri ita canit:

*Hos adeo* Elector Rheni *laudavit, ut ipſos*
*Cantare in templis juſſerit usque ſuis*

*Vera*

*Vera loquor*, SCHEDIUM † *quendam conduxerat idem*
*Ut Pſalmos tali redderet ille modo.*
*Sed jam lapſus erat completis menſibus annus;*
*Tranſtulerat Pſalmos quando Poëta duos.*
*Prodiit interea ſenis hujus* Pſaltria Muſa
Et rerum & magnæ ſedulitatis Opus.
*Ille quod optavi dudum, mihi præſtitit Autor,*
*Inſignem, dicunt, tunc retuliſſe Ducem*

† Forte fuit ille, *Paulus* SCHEDIUS, alias MELISSUS dictus, qui Heidelbergenſis Bibliothecæ Præfectus fuit, & a. 1602. obiit. Vid de illo judicium in Dn. STRUVII *Actis. literar. ex MSCtis erutis Faſcic.* VI. p. m. 61.

c) Vid. SCHAMMELII *Odarium Numburg.* in *Indice hiſtor. pag. m.* 44.

## §. CXIII.

*Johannes* LOCCENIUS a) Juris in Upſalienſi Academia Profeſſor ac Bibliothecarius, præter multa alia, typis quoque evulgavit: *Epigrammata ſacra & moralia, inſertis virtutum præcipuarum ac vitiorum imaginibus per Emblemata adumbratis.* b)

a) De LOCCENIO, ejusque *Scriptis* vid. SCHEFFERI, *Svecia literata pag.* 275. *ſeqv.* add. MULLERI, *Hypomnemata*, p 445. WITTEN, *Diar. biograph. Tom.* I. GROSCHUFF, *in Collect. librorum rarior. faſcic.* III. *p. m.* 445. ſeqq.

b) V. SCHEFFERUS, *cit. l.* p. 276 num. 6.

## §. CXIV.

*Jacobus* LöFFLERUS, a) Ducum Wurtenbergenſium

genſium Conſiliarius intimus & Cancellarius, ex teſtimonio FISCHLINI, b) *inſigniter pius fuit, frequentiore verbi divini auditu, ardente pro gloria DEI Zelô & in patriam ſtudio, conſtantia in adverſis & perſecutionibus, quas ſuſtinuerat graviſſimas liberalitate in pauperes, charitate ergu omnes, vita inculpata, multisque virtutibus fidem in Servatorem JEſum Chriſtum egregie demonſtrans.* Symboli c) loco, *verba Apoſtoli* Pauli *ex II.* Thim. *IV. 6. 7. & 8. ſibi elegerat.*

a) Vid. *de eo* FISCHLINI, *Vitas Cancellarior. Würtenberg. num.* XI. *p. m.* 26.

b) *Id. ibid.* p. 27.

c) *Qualem quisque animum poſſideat*, ſcribit, *Elias* GEISLERUS in Diſſ. de *Symbolis*, pag. I. *honeſtate ne, an nequitia imbutum, plerumque lingua, fidâ illa mentis interprete (ſecundum SINESIUM) teſtatur. Hinc fit, ut ii, qui virtituiis caſtra ſequentur, repudiatis omnibus vaniloquiis, honeſta effata, inter quæ non ultimum ſibi vendicant locum*, Symbola, *ament atque ſectentur.*

d) V. *CRUSII, SYMBOLOTH. pag. m.* 104.

## §. CXV.

*Daniel Caſp. a* LOHENSTEIN, a) Conſiliarius Cæſareus ac Reipublicæ Vratislavienſis Proto-Syndicus, qui ARMINIO, b) ſuo, immortale nomen ſibi peperit, *Meditationes ſacras* quoque â ſe conſcriptas reliquit.

a) *Vitam hujus Viri* vid. in *HAGENII Memoriis Philoſophor. num. XIV.* p. m 266. *add. Obſervationes Halenſes, Tom. VI. obſ.* 10. item

Digitized by Google

10. item *Obſervatt. Miſcellan. Tom. II. Part.* 21. p. m. 717. ſequ. *WOLFFII, Orat. de Præcocibus eruditis, pag.* 15.

b) Hunc librum frater B. AUTORIS, *Joh. Chriſtianus* abſolvit, ediditque *Lipſ.* 2689. 4. *cum figur.* 2. *Tom.* D[illegible] NEUMEISTERUS, in Diſſ. de *Pöetis Germ. pag. m.* 66. *Operum qua arte, qua eruditione ampliſſimum jure* Arminius *ejus habetur, qui vero lectorem in antiqutate variaque doctrina verſatiſſimum requirit.* Dn. THOMASIUS in freymühtigen Gedancken *a.* 1689, *menſ. Aug. pag. m.* 667. ita ſcribit: Der Herr von LOHENSTEIN ſetzet uns in ſeinem Buche lauter gelehrte, ſcharffſinnige und Tugendhaffte Sachen vor, und überziehet dieſelbe nur mit etwas von einer angenehmen Invention. Er gibt der Lehrbegierigen Jugend das *Thee* der Weißheit zu trincken, und damit ihre an den ſchmackhafften Wein gewohnte Zunge keinen Eckel bekomme, ſo thut Er ein wenig Zucker allerhand Hiſtoriſcher und Politiſcher Inventionen hinein. Ich kan wohl ſagen, daß ich kein Buch in der Welt weiß, darinnen ich ſo viel Gelehrſamkeit beyſammen angetroffen, als in der THUSNELDA, und daß ich keinen Roman geleſen, der mehr Nachſinnen braucht, als der ARMINIUS. Aber hieran iſt nicht die Dunckelheit des Schreibers, ſondern die Wichtigkeit der entworffenen Sachen ſchuld.

c) Vid. HAGEN. *Memor.* pag. 272.

## §. XCVI.

*Matthias Apelles de* LÖWENSTERN, Ducis Munſterbergenſis & Oelſnicenſis Conſiliarius ac Cameræ Director, quem dum viveret, univerſa Sileſia ut maximum Politicum admiratus eſt, pias aliquot concinnavit *Cantiones*, quæ partim in Vratis-

 laviensi,

Digitized by Google

lavienſi, partim in Numburgenſi Odariô comparent. a)

a) Vid. Wetzels, Lebens Beſchreib. der Lieder-Dichter, Part. II. pag. m 84. ſequ. SCULTETUS, *de Hymnopœis Sileſ. pag.* 10. Dn. NEUMEISTERUS, *de Poëtis Germ.* pag. m, 8.

### §. XCVII.

Illuſtris *Nicolaus Chriſtoph. de* LYNCKER, a) S. R. J. Liber Baro & Eques, quem *non vetera patriæ Jura -- -- domus nec nobiles,*

*Avi, nec altis inclytum titulis genus*, b)

Sed perrara eruditio ejus, ſincera cum pietate juncta, in eo faſtigio omnino collocavit; Duos libellos compoſuit ac in vulgus edidit, quorum *alter* agit: Von der Liebe GOttes gegen uns; *alter* vero: Von den Pflichten unſerer gegen GOTT und den Nechſten: c)

a) *De LYNCKERO*, vid. *ZEUMERI*, *Vitas Profeſſorum Jenenſ. Claſſ.* II. *num.* 55. *pag. m.* 191. ſeqv.

b) *Generoſam ſtirpem*, ſcribit *ERYTHRÆUS*, *in Pinacoth.* II. *num.* 15. *pag. m.* 352. *in præcipua cujusdam laude ponendam eſſe, non duco, quod eam non noſtro ingenio pariamus, ſed à natura, atque à Majoribus traditam, accipiamus.*

c) Vid. *ZEUMERUS*, *alleg. l. p.* 205.

### §. XCVIII.

De *Guilielmo* MARANO, a) Juris Anteceſſore Tolo-

Toloſano, *Bernh.* MEDONIUS, b) in ejus Vita narrat: *Ultimos vitæ annos in emendatione vitæ peractæ inſumſit; nec alios libros, quam ſacros Codices & quos Myſticos vocant, præ manibus habebat. Nulli amicorum magis illi placebant, quam qui pietate ſpectabiles maxime, & qui de DEO, de rebus ſacris, deque æterna beatorum felicitate ſermones haberent. - - Per annos duos ante obitum, mentem omnem in ſola mortis conſideratione fixerat, & continuo in actæ vitæ momenta ſcrupuloſius inquirebat. Sic ubi præteritorum errorum, vel leviſſimorum memoria recurrebat, confeſſus illico, à ſe delicti poenas repetebat, & ad ſacram Synaxin, ter ſaltim in hebdomada accedebat.*

a) *Vitam MARANI* per *MEDONIUM* conſignatam, vid. *in BUDERI Vitis Clar. JCtor pag. m.* 131. ſequ. ubi p. 157. & 158. commemorat Biographus, quod *MARANI* noſtri auditores duo ſæpe Millia exceſſerint numero; pertinet itaque ad illos *Eruditos, qui docentes, magno applauſu gavſi ſunt;* quorum exempla quædam collegit Dn. *BERNHARDUS*, in *Hiſtoria Eruditorum curioſa, Lib.* III. *cap.* 6. *pag. m.* 738. ſeqv. quibus addendi veniunt: *Carolus LUNDIUS*, Prof. Upſal. vid. *Acta literaria Sueciæ, Trimeſtr.* 4. *de a* 1722. *pag.* 361. *Joh. MALDONATUS*, vid. *ROLLII, Biblioth. Theologor. nobil. Sect.* II. *cap.* 3. *§.* 39. *pag.* 379. *Campegius VITRINGA* vid. Gelehrte Zeitungen, *de a.* 1723. *num.* 78. *pag.* 755. *Hieron. BUCCAFERRUS*, vid. *ERYTHRÆI Pinac.* I. *pag. m.* 262. *Dan. HEINSIUS*, vid. *CABELJAVI, Epiſt.* 15. *Centur.* I. p. m. 38 39.

b) Vid. *BUDERUS cit. l. p. m.* 166. 167.

## §. XCIX.

*Philippus* MARNIXIUS, a) JCtus & Conſul quon-

dam Antwerpienſis, Theologus fuit & Politicus cum paucis conferendus; cumque ſingulari ſacrarum literarum amore flagrârit, ê lingua Hebræa, cujus præter alias apprime peritus erat, *Pſalterium* b) in mere *Belgicam linguam Rhythmis modulisque* conſtrictum induſtrioſiſſime convertit. Inter ſcripta c) â MARNIXIO edita, recenſentur porro *Vet. & Novi Teſt. Cantica;* Theſ. de *Eccleſia*; Tract. de *Sacramento Coenæ Dominicæ; Via veritatis divinæ*; d) Autor quoque eſt libelli iſtius, cui titulus: *Alvearium Romanum*, ſ. Bienenkorb des Heil. Römiſchen Immenſchwarms. e)

a] *MARNIXII vitam* habet *ADAMI in Vitis JCtor. pag. m.* 335. *ſeqv.* conf. *FREHERI Theatrum. pag.* 944. & *WEIDNERI*, *Apophtegm. Part IV. pag m.* 66. & 67. *WOLFFIUS, in notis ad Caſauboniana*, *p. m.* 282.

b) Vid. *ADAMI, cit. l.*

c) *Id. ibid.*

d) Prod. *Amb.* 1610. 12.

e) *Anno* 1588. 8. hic liber prodiit, de quo *ADAMI*, cit. l. ita: *ALVEARIUM* Romanum, *dedicatum* Franciſco *SONNIO*, *Primo Sylvæducenſis Epiſcopo*, *Hiſpanicæ inquiſitionis haud infimo. Eſtqve varietate hiſtoriarum & acumine ſententiarum refertiſſimum, jocis, facetiisque in Papiſtarum theatrales nugas & fabulas mire conditum, adeo, ut lectoribus, iſtorum temporum præcipue, ſingularem attulerit voluptatem, & occaſionem multis præbuerit, de Religione Chriſtiana ſerio cogitandi. Et hic liber ut populari applauſu exceptus, ſic non ſine fructu plurimorum lectus, plus rei Belgicæ illa tempeſtate in religionis negotio profuit; quam eruditi aliquot Commentarii. Conf.* Matth *BERNEGGERUS*, in *Idolo Lauretano*, *cap.* III. *pag.* 21. ſeqv.

§. C.

## §. C.

*Andreas* MASIUS, a) JCtus ac Clivienſium Duci â conſiliis, *Vir & doctrina & variarum linguarum cognitione excellens*, b) non ſolum *Bibliis Complutenſibus* c) cura *Bened.* ARIÆ MONTANI, Hiſpani evulgatis, auxiliatrices manus ſuppeditavit, ſed & præter *Dictionarium Syriacum* & *Grammaticam Syriacam*, *Explicationem* in *Hiſtoriam Joſuæ*, ac *Scholia in Pſalmos* orbi erudito communicavit.

a) Vid. *de eo* FREHERUS, *in Theatro pag* m. 864.

b) Ita vocatur Dn. DORNIO, in *Bibliotheca Theologico-Crit. Part. I. pag m.* 665

c) Prod. ex officina *Plantiniana* a. 1571. 8. *tomis*; Evolve de hiſce Bibliis, den Unpartheyiſchen *Bibliothecarium*, *Part. V. num.* 81. *pag.* m. 365. ſeqv. ubi varia eruditorum judicia congeſſit.

d) Prod. *Hiſtoria Joſuæ, Antwerp.* ex officina Plantiniana, 1574. *fol.* & *Commentar. in Joſuam*, *ibid.* 1674. f. qui tamen hodie eſt *raro* obvius. vid. WOLFFIUS, *in Notis ad Caſaubo-niana pag.* 237,

e) Laudat *Maſiana* hæc *Scholia* TENTZELIUS, *in Colloqv. Menſtr. a.* 1692 *pag.* m. 38.

## §. CI.

*Davidem* â MAUDEN, a) qui Doctiſſimo CRENIO, b) *noti nominis JCtus & Theologus* dicitur, autorem agnoſcunt, 1. *Diſcurſus morales in X. Præcepta*,



Digitized by Google

2. Tract. *de Vita Tobiæ*, c) quem, *Aureum Speculum vitæ moralis*, inſcripſerat.

a) Obiit a. 1641. vid. *de eo* ALEGAMBE, *in Bibliotheca Scriptorum Societatis JEſu.* item, WITTEN, in *Diar. biograph Tom. I. ad a.* 641.

b) In *Animadverſ. Philol. & hiſtor. Part.* II. *cap.* 8. *pag.* m. 72.

c) Prod. *Antwerp.* 1631. fol. vid. KöNIG. *Biblioth. vet. & nov. pag m.* 520.

## §. CII.

*Godofredus* MEISNERUS, a) Stolbergenſis Miſnicus & in patria Juris Practicus, Symbolo uſus eſt: *Gratis me ſalvat Mediator JEſus*; Et ob pietatem, quam coluit, quidam b) hocce illi poſuit Epitaphium;

Was man ſonſt Sprüchworts-Weiſ hört ſagen von Juriſten:
**Daß ſie bey ihrem Amt gar ſelten gute Chriſten;**
Das traff bey dieſem Mann, der hier ruht, gar nicht ein,
Weil er ein Ausbund kont von guten Chriſten ſeyn.

a) Vid. *de illo Dn.* NEUMANNI, *Stollbergam literatam, pag.* 11. CRUSII, *Symboloth. doct. pag m.* 115. & *Dn.* STARCKII, diſſ. epiſtol. *de Claris* GODOFREDIS, *Lubecæ*, 1708. 4. *pag.* 20. *ſeqq.*

b) Eſt ille, NEUMANNUS *modo alleg.*

§. CIII.

## §. CIII.

*Johannem* MERCERUM, a) Galli efferunt, quod Juri Civili non tantum operam impenderit, ſed & in *Geneſin*, b) *Jobum*, *Solomonem*, c) & quinque *Minores Prophetas* d) priores, Commentarium, imo alia adhuc congeſſerit. e)

a) Obiit a. 1570. vid. *de eo SAMMARTHANI*, *Elogia Gallor.* Lib. II. num. 26. POPE-BLOUNTIUS, in *Cenſura Autorum*. pag. 697. COLOMESII, *Gall. Orient.* p. 47. ſeqv. THUANUS, Lib. LVI. pag. 1079.

b) *Commentarius in Geneſin*, a *Theod. BEZA* editus, prod. *Geneva*, 1598. f.

c) *Junctim* prod. *ibid.* 1573. f.

d) Per *Petr. CEVALLERIUM*. prod. fol.

e) Vid. *Dn. LACKMANNI*, *Miſcellanea literar.* quæ *Hamburgi a.* 1721. 8. prod. *Cap. I. pag. m.* 22. Adde KÖNIG. *Biblioth. Vet. & nov. pag.* 533.

## §. CIV.

*Edmundus* MERILLUS, a) JCtus & Anteceſſor in Biturigum Academia, *Notas philologicas in Paſſionem Chriſti*, conſcripſit. b)

a) *de MERILLIO*, vid. Allgem. Hiſt. *Lexicon*, *Part.* III. p. m. 515. a. *GUNDLINGIANA*, *Part.* VIII. it. Nachrichten von der Thomaſiſchen *Bibliothec*, *Part. XV. num.* 3.

b) Ob elegantiam, Notæ iſtæ â Clar. *Thom. CRENIO*, illatæ ſunt Faſciculo III, *Opuſculorum, quæ ad Philologiam ſacram ſpectant*,

Digitized by Google

ſtant. Roterod. 1693. ed. Separatim quoque Helmſtadii a. 1674. prodiêre. Et teſtatur Doctiſſ. Dn. a SEELEN, in Selectis literariis, pag. m. 485. Non pauca Paſſionis Hiſtoriæ loca ex antiquis Scriptoribus, præcipue autem ex Jure Rom. haud inepte illuſtrari, in Notis illis MERILLII. Conf. Nachricht von Juriſtiſchen Büchern, Part. II. num. XI. pag. m. 176.

## §. CV.

De *Joh. Conrado* MONÆO, a) Juris in Academia Gröningenſi quondam Profeſſore, FREHERUS, b) memoriæ prodidit ſequentia : *In omni vita pietatem teſtabatur, tam frequenti concionum auſcultatione, tam quotidiana* ſacri Codicis *lectione, quem non minus ac* Juſtinianum *magni faciebat, & quotannis a capite ad calcem usque abſolvebat.*

a) *De* MONÆO vid. FREHERI, *Theatrum, pag.* 1108. itemque AUTOR *Vitarum Profeſſorum Gröningenſ. pag.* 202.

b) *Cit. l. pag.* 1109.

## §. CVI.

*Franciſcus* MONCÆUS, a) ſ. MONCEJUS, Fridevallianus Atrebatius, JCtus Seculo XV. celebris, literis mandavit, 1. *Paraphraſin in Pſalmum*, XLIV. 2. *Aaronem purgatum*, b) ſ. Tract. de *Vitulo aureo, non vitulo*; 3. *Hiſtoriam Apparitionum divinarum*; 4. *Bucolica ſacra.*

a) *De eo* vid. KÖNIGIUS, *in Biblioth. Vet. & Nov. pag. m.* 548.

b) Prod. *Atrebat.* 1606. *Francofurt.* 1645. 1684. & *Lipſ.* 1689.

Digitized by Google

1689. cum, *Fridr.* MAYERI *Proœmio* in Aaronem purgatum MONCEJI. Omnem movit lapidem in hoc Libello MONCEJUS, ut AARONEM, JEROBEAMUM, LABANEM & MICHAM, ab idololatriæ ſcelere egregie vindicaret. Deſtruere hujus aſſertum tentavit Theologus quidam Sorbonnicus & Canonicus Ambianenſis, VISORIUS, *Commentatione* contra MONCEJUM promulgata, *Pariſ* 1609. ſimulque effecit, ut in Librorum prohibitorum colluviem hic quoque rejiceretur Romæ MONCEJI libellus. Vid. *Elenchus librorum poſt Indicem Clementis* VIII. *Pont. usque ad a.* 1644. *prohibitorum*, *Romæ* 1644. *pag.* m. 3. Conf. *SPENCERUS* de *Legibus ritual. Ebræor. Lib.* I. *Sect.* I. *cap.* 1. *pag.* 33. & *Dn.* *DORNII*, *Biblioth. Theologico-Crit. Part.* I. *Lib.* III. *cap.* 4. *pag.* 373. *B. Carolus ARNDIUS*, Prof. quondam Roſtoch. in MSCto quodam, cujus inſpectionem hæredes illius mihi perbenigne conceſſerunt, ſcribit: *Franc. MONCEJUS*, *Vir Juris notitia inſignis*, rerumque ſacrarum ſtudio *laudandus, licet ad eas tractandas illis præſidiis inſtructus non fuerit*, *quæ in GROTIO & SELDENO deprehendimus. Nec enim literas Hebræas ſatis calluit*, *nec textu ipſo*, *ſed verſionibus & amicorum quorundam reſponſis Oraculis innititur. Inter hos Princeps fuit* Joh. *BOUCHERUS*, *Doctor Sorbonnicus*, *qui addita Præfatione toti Opuſculo excuſationem & colorem ex authoritate Patrum aliorumque JCtorum exemplis addidit*; *Secundus ab hoc Principe* Paulus *BOUDOT*, *idemque Pariſienſis Theologus & librorum Cenſor extitit*, *qui ſuo judicio Purgatum Aaronem approbat & Atrebati ſignificat publicandum*, *cum poſtea Lugduni ſub lucem prodierit.* Cæterum evolvat L. B. *DEYLINGII*, *Obſervatt. Sacr. Part.* II. *obſ.* 47. *§.* 33.-41. *pag.* 442.

## §. CVII.

*Baſilius* MONNERUS, a) JCtus Jenenſis, ac Ele-

ctoris Saxoniæ JOHANNIS FRIDERICI I. Conſiliarius, conſtantiſſimus veritatis Evangelicæ fuit aſſertor ; Patet hoc ex relatione quadam B. SECKENDORFFII b) : *Recuſaverant*, ſcribit, *Judices Cameræ Imperii D.* MONNERUM, *præſentatum ſibi m. Aug. a* 1539. *in defuncti Aſſeſſoris Saxonici*, Caſpari â SEIDEWITZ *locum, neque rationem repulſæ, deſideranti id licet Electori, reddere voluerant. Nulla tamen alia erat, quam quod Auguſtanam Confeſſionem profiteretur, & interrogatus, an juramento ſeſe ad obſervandum Edictum Comitiale a* 1530. *publicatum, Evangelicis ſumme noxium, ideoque ſuſpenſum, obligare vellet, reſpondiſſet :* Se id ſalva conſcientia facere non poſſe.

a) *Vita MONNERI*, legitur *in ZEUMERI Vitis Profeſſorum Jenenſium*, *Claſſ.* II. *num.* 3. *pag. m.* 11.

b) in *Hiſt. Lutheraniſmi*, III. *Sect.* 19. *pag. m.* 232.

## §. CVIII.

*Philippus* MORNÆUS a) *de* PLESSIS, Chriſtianiſſimi b) Galliarum Regis Status & ſanctiorum Conſiliorum Miniſter, eruditiſſimis ſcriptis Theologicis inclaruit ſequentibus, ut ſunt : 1. *Myſterium iniquitatis* c) ſ. *Hiſtoria Papatus* ; 2. Liber, *de Veritate religionis chriſtianæ*, d) 3. Tract. de *Miſſa* ſ. *Eucbariſtia*, e) 4. *Admonitio de Meſſia ad Judæos* f) 5. *Meditationes chriſtianæ in Pſalmos quosdam & inſignia Scripturæ dicta.* g)

a) *Vita* MORNÆI per M. CRUSIUM S. R. M. Daniæ Legationis in Gallia Paſtorem conſcripta, cum præfat. Rever.

Dn.

Digitized by Google

Dn. MUHLII, prod. *Hamb.* 1724. 8. *Hugo* GROTIUS, inſignem Pleſſiacarum virtutum iconem atque immortalem gloriam MORNÆANI nominis ita depinxit:

*Nobilitas animo claro quem ſanguine major,*
*Res hominum ſolers noſcere, resque Dei:*
*Conſilium prudens, dives facundia linguæ,*
*Hic cum MORNÆO contumulata jacent.*

Vid. GROTII, *Epiſtolas* editionis meæ, quæ *Amſtelod.* 1687. fol. prod. *ep.* 202. *pag. m.* 72. Varia quoque Elogia ac Eruditorum de MORNÆO judicia, Vid. in Dn. ROLLII, *Biblioth. nobil. Theologor. Sect.* I. *cap.* 2. §. 7. p. 64. & apud CRUSIUM *in Vita*, pag. m. 7. 8. & 9. Ex cujus teſtimonio pag. 14. Jurisprudentiæ addiſcendæ præcipuam dedit operam *MORNÆUS*; Et cum a. 1571. Coloniæ aliquantum moraretur, plurimas elaboravit *Obſervationes in Jus Canonicum*; *Legesque Ripuarias*, tam ſolicito examinavit ſtudio, ut barbara omnia atque antiqua vocabula in iis obvia tum ex ipſius linguæ uſu, tum ex genio Populorum, rituumque hiſtoria illuſtraret: quod tamen ſcriptum, negligentia METELLI cujusdam deperditum, ætatem haud tulit. vid. l. c. not. 11.

b) De hoc Regum Galliæ titulo, vid. Doctiſſ. BECMANNI *Notit. dignitatum Illuſtr.* Diſſ. II. cap. II. §. 3. & 4. add omnino MABILLONIUM, *de Re Diplom. Lib.* II. *Cap.* 3. *num.* 5. *pag.* 70.

c) Prima operis hujus editio rariſſima eſt, quæ *Gallicâ* lingua prod. *Salmurii*, 1611. fol. *cum fig.* Repetita, quidem eſt *Gallica* editio, Genevæ, 1612. 8. ſed *alia plane facie*, id tamen ſingulare habet, quod Index rerum ei ſubjunctus ſit. *Latinam verſionem* maxima feſtinatione *Davidi* LIQVÆO dictavit ipſe MORNÆUS, ut verba loquentis

ſcribendo vix aſſequii potuerit; impreſſa eſt *Verſio* hæc *Latina* primum *Salmurii*, a. 1612. 8. 1613. 1633. fol. tum *Gorichemi* ex officina *Pauli* VINCKII. prod. 1662. 4. VINCKIUS ille, in Epiſtola, MORNAÆI *Hiſt. Iniquit.* præfixa, ita ſcribit: *Inter ſcripta omni exceptione majora, materiæ congeſtæ & laboris immenſitate, Autorum ac teſtimoniorum adductorum multitudine, uſus quaſi univerſalis ad quoscunque literatorum ordines & ſtatus, ad quæcunque Reip. & Eccleſiæ negotia ac conſilia extenſione, ſtyli gravitate, ſe maxime commendare videtur*, Myſterium iniquitatis, ſ. Hiſtoria Papatus, *cujus lectio tam avide certatim frequentata, ut omnium editionum exemplaribus diſtractis; ſolum deſiderium quamplurimis lucem hanc quærentibus relictum ſit.* Vid. der Unpartheyiſche *Bibliothecarius*, *Part.* IV. *num.* 65. *pag. m.* 289. & 290.

d) *Gallico* idiomate prodiit aureus hicce libellus ex officina Plantiniana, *Antwerp.* 1579. & alibi. Ipſe Autor Latinam adornavit Verſionem, *Antwerp.* 1580. *recuſ. ibid.* 1583. *Lugd.* Bat. 1587. & 1592. 8. *Jenæ* 1696 4. *cum annotationibus* J. Fr. BREITHAUPTII, Conſiliarii Saxonici; Proſtat quoque *Anglice*, Lond. 1617. 4. *Belgice*, Amſtel. 1602. 4. & 1646. 4. *Italice*, 1612. 8. *Suecice*, Holm. 1674. 4. & *Germanice*, Baſil. 1597. fol. Eruditorum hoc de libro judicia collegit *Thom.* CRENIUS, in Tract. *de Eruditione compar.* pag. 350. & *Part.* VIII. *Animadverſ. Philol. & Hiſt. cap.* III. p. 197. conf. der Unparth. *Bibliothecarius cit. l. pag. m.* 290.

e) Prod. *Gallico* idiomate 1598. & *Salmurii* 1604. 4. *Latina* Verſio lucem vidit, 1605. f. & 8. B. SCHERTZERUS Summus Lutheranæ Eccleſiæ Theologus, in *Syſthem. Theol.* loco XV. §. ult. pag. 416. inquit; *Liber* PLESSÆI de *Euchariſtia, tantæ eſt accurationis, ut nihil in eo genere accuratius unquam dictum fuerit*; (*reſectis erroribus Sectæ ſuæ.*) De Controverſia ac colloquio, quod hunc circa librum MORNÆUS cum PERRONIO habuit, vid. Dn. ROLLII. *Biblioth.*

Digitized by Google

*bliotb. Theologor. Nobil.* Sect. II. Cap. 3. §. 41. *pag. m.* 412. ſeqq. add. CRUSII *Vita* MORNÆI, *pag. m.* 116. ſeqv.

f) De hoc MORNÆI ſcripto vid. CRUSIUS *ſæpe alleg. pag. m.* 288.

g) Catalogum harum *Meditationum* exhibet CRUSIUS *pag.* 268. ſeqv. Nonnullas ex iſtis MORNÆI *Meditationibus*, una cum ejusdem *Conſideratione Vitæ & Mortis* (quo de ſcripto vid. CRUSIUS. pag. 257. ſeqv.) Generoſiſſima quædam ac eruditiſſima Daniæ Matrona, *Brigitta* TOTT, (quæ aliis quoque librorum verſionibus Danicis inclaruit, vid. THURA, in *Idea hiſt. literar. Danor. pag. m.* 323. 324. *&* 330.) in *Danicam* transtulit linguam, a. 1652. 8. vid. CRUSIUS, *pag.* 271.

## §. CIX.

De *Thomæ* MORI, a) Anglicani regni Cancellarii morum ſanctitate vitæque pietate b) multis agit Biographus c) ex cujus teſtimonio: MORUS *ſingulis diebus, ante alia negotia quæcunque (ſtudiis interdum valde matutinis exceptis) ſacrum audiebat; quod quidem quotidianum penſum ita defixum habebat, ſtricteque obſervabat, ut â Rege ipſo forte accerſitus, quum ſacro audiendo intenderet, ad Regem iterum & tertio vocatus venire noluerit, donec totum abſolutum fuiſſet; vocantibus & urgentibus eum, ut, relicto ſacro, Regem accederet, reſpondens: Se meliori Domino obſequium præſtare & perficere prius oportere*, d) -- -- *Recitabat quotidie preces matutinas & veſpertinas, quibus Septem Pſalmos pœnitentiales & Litanias adjungebat; Habebat etiam quasdam privatas preces, quæ in Farragine Operum ejus Anglice ſcripto-*



Digitized by Google

rum habentur, partim Latinæ, partim vernaculæ, e) -- -- Quoties novus aliquis Magiſtratus ineundus, aut negotium aliquod arduum aggrediendum fuit, ſacra ſe Synaxi præmuniebat, f) Scripſit præterea in carcere, Libros III. de Conſolatione in adverſis, g) Expoſitionem Paſſionis Chriſti, h) Meditationem, quod mors pro fide non ſit fugienda, i) itemque Precationem ex Pſalmis collectam, k)

a) De Th. MORO, vid. FREHERI, Theatr. pag. m. 813. CLARMUNDI, Vit. Part. III. pag. 32. ZIEGLERI, Schauplatz der Zeit, pag. m. 777. ſequ. Gelehrter Criticus, Part. III. quaeſt. 78. Separatim Vita Th. MORI, a Guil. RöPERO conſcripta prod. Oxon. 1716. 8. vid. Acta erud. a. 1176. m. Oct. Gelehrte Zeitungen de a. 1718. pag. 647.

b) Vid. Vitam Th MORI, è Thoma STAPLETONIS tribus Thomis, Operibus MORI Francof. 1689. fol. recuſis, præmiſſam, cap. VI. pag. m. 25. ſequ.

c) Scil. Stapletonius, modo alleg.

d) vid. Vita MORI cit. cap. pag. m. 25 6.

e) ibid.

f) ibid. pag. 26. a.

g) Primum Hungarice, quaſi Hungariâ conſcriptum opus, poſtea ex Hungarico in Latinum traductum, demum ex Latino in Anglicum; quo in libro, quicquid ad HENRICI Regis crudalitatem, ad præſentem in Anglia rerum perturbationem, ad graſſaturæ in Anglia hæreſis metum & expectationem, ad bonorum contra hujusmodi vel impendentia mala, vel præſentia, conſolationem pertinet, ita recte, probabiliter, artificioſé, in perſona hominis Hungari ad Turcarum Imperatoris acerbitatem, ad præſentes in Hungaria motus,

motus, ac futurorum malorum metus transfert, ut jures propemodum, rem ſeriam narrari, & de ſua Hungaria Hungarum, non de Rebus Brittannicis MORUM loqui. Vid. *Vita* MORI *Sæpe cit.* cap. VI. pag. m. 15.

h) Extat inter *Opera* MORI *pag.* m. 147. ſequ.

i) Legitur in *Operibus*, *pag.* 179.

k) Vid. *Opera*, *pag.* 181. ſeqv.

## §. CX.

*Henr.* MUHLPHORT, a) Curiæ Vratislavienſis libellorum Magiſter, *Jobum*, cujus ipſe fata non pauca expertus fuerat, *verſibus Germanicis* reddidit. a)

a) *Vid* Dn. NEUMEISTERUS, de *Poëtis German pag. m.* 71. Epitaphium ipſi adhuc viventi tale poſuit HOFFMANNSWALDAVII manus:

Neun Wörter und nicht mehr, ſoll dieſes Grab-Mahl haben:
Hier unter dieſen Stein liegt Gicht und Durſt begraben.

## §. CXI.

*Joh. Joachimus* MULLERUS, JCtus apud Hamburgenſes haud incelebris, Hebraicæ, Arabicæque linguarum cognitione inſigniter ornatus fuit. Specimen ſi deſideres, lege Ἀνθρωποθυσίας a) *Hiſtoriam & moralitatem*; lege eruditum *Conjecturarum in difficiliores quosdam locos Jobi*, ſpecimen, quod ſub R. MARE SCOTI, b) nomine, publicæ luci expoſuit. c)

a) *Lipſiæ*,

Digitized by Google

a) *Lipſiæ*, a. 1628 prod.

b) R. MARE SCOTI, per anagr. eſt *Otmarſche*, locus ubi hortus MULLERI noſtri ſitus erat.

c) Refert hæc Dn. LACKMANNUS, *in Miſcellan. literar.* ſupra ad §. CIII. *alleg.*

§. CXII.

*Georg.* NEUMARCKIUS, a) Muhlhuſanus, Comes Palatinus Cæſareus ac Archivi Ducalis Vinarienſis Secretarius intimus, nec non Societatis frugiferæ b) membrum; Occaſione *Symboli* ſui: c) *Ut fert divina voluntas*.; elegantem cantilenam compoſuit: Wer nur den lieben GOTT läſt walten; d) Autor quoque eſt hymni: Ich bin müde mehr zu leben. e)

a) Conf. *de eo, Dn. NEUMEISTERI*, diſſ. *de Poëtis German. pag. m.* 73. & *WITTEN. Diar. biograph. Tom.* II. a. 1681.

b) De hac Societate, quæ *NEUMARCKIUM* noſtrum den Sproſſenden dixit, vid. *Cel. STRUVII, Introd. in Notit. R. liter. Cap.* X. *§.* 24. *pag. m.* 505. *GRYPHIUS*, in Entwurff der Geiſt- und Weltl. Ritter-Orden, *pag. m.* 305. *ſeqq.* & omnium inſtar ipſius *NEUMARCKII, Libellus*, quem ſub tit. Neuſproſſender deutſcher Palm-Baum, *Norimb.* 1670. 8. *cum figuris* edidit.

c) Vid. *CRUSII, Symbolotb. docta, pag. m.* 124.

d) Vid. *Odarium Numburg. pag. m.* 768.

e) *ibid. pag.* 899.

§. CXIII.

*Tobias* OELHAFFEN, a) JCtus & Academiæ Alt-

Digitized by Google

Altdorfinæ Pro-Cancellarius, ſingulari fuit pietate, qui nihil unquam acceſſit, niſi fuſis prius precibus, nihil arduis in negotiis molitus eſt, quin de felici eventu Numen divinum imploraret, quicquid incepit, quicquid meditatus eſt, quicquid egit, anchora pietatis firmavit, ſicque etiam *bonum JCtum, bonum eſſe poſſe Chriſtianum* demonſtravit, b) Accedit quod a. 1662. die GEORGII in promotione Doctorali filii unici *Georgii* TOBIÆ, ex *Præceptis ſacris* TOBIÆ patris ad TOBIAM filium, c) Orationem inauguralem dixerit.

a) *De Vita ejus* conſule *FREHERUM*, in *Theatro*, *pag.* 1174. *WITTEN. Memor. JCtor. pag.* 432. *Claud. SINCERUM*, in *Vitis JCtor. Part.* II. pag. 90. & his omnino adde, Dn. APINI, *Vitas & effigies Pro-Cancellariorum Academiæ Altdorfſinæ, pag. m.* 63. *ſequ.*

b) Verba ſunt Dn. *APINI*, *cit. l. pag. m.* 66.

c) Vid. *id. ibidem.*

## §. CXIV.

*Philippus Andreas* OLDENBURGERUS, a) JCtus, elegantiſſimum ac lectu jucundiſſimum libellum publicavit ſub titulo: *Manuale Principum Chriſtianorum,* b) *in quo eorum vera felicitas depingitur.* In Epiſtola dedicatoria, quam huic opellæ præmiſit, ita ſcribit: *Contra Pſeudo-Politicos* Innocentius GENTILETUS, c) Chriſtoph. FORSTNERUS; d) Herm. CONRINGIUS, e) PELLERUS f) *&* *alii* g) *doctiſſimos calamos ſuos dudum ſtrinxerunt; ad quorum exemplum & ego,*

 *ſimplici*

*ſimplici ac rudi penicillo ex verbo Dei & Lumine Rationis, Regem & Principem chriſtianum delineare atque depingere animum induxi meum, ratus, nobile otium dierum Dominicarum non melius, poſt ſacra peracta, collocari, quam in hoc argumento, poſſe.*

a) Vid. de eo WITTEN. *Diar. biogr.* Tom. II. a. 1678.

b) Prod. *mea editio, Geneva*, a. 1672. 12. Libellum piis ſane meditationibus refertiſſimum Lector deprehendet.

c) Fuit Parlamenti Gratianopolenſis Præſes & Seculo XV. floruit, ſcripſit *Anti-Machiavellum* qui *Lauſanna* a. 1571. 8. prod. in quo libro tamen magis impietatem MACHIAVELLI notat, quam errores politicos.

d) De FORSTNERO jam ſupra §. LI. egimus; indigitat autem OLDENBURGERUS hoc loco ſine dubio, *Notas* FORSTNERI *ad* TACITI *Annales*, quæ *Francof.* 1662. 12. excuſæ ſunt.

e) in *Animadverſionibus ad MACHIAVELLI Principem. Helmſt.* 1660. 4. *recuſ.* 1686.

f) P*ELLERUS*, fuit Inclytæ Reip. Norimbergenſis Conſiliarius, Academiæ Altdorffinæ Pro-Cancellarius & Comes Palat. Cæſareus, a. 1711. demum obiit. Vid. *de eo Dn.* APINI, *Vitas Pro-Cancellar. Acad. Altdorffinæ, pag. m.* 74. *ſequ.* Lucem aſpexit illius P*oliticus ſceleratus impugnatus, Norimb.* 1663. 12. *recuſ.* 1669. 8. & cum *AMELOTI Commentario*, 1698. 8.

g) Vid. *Cel.* STRUVII, *Biblioth. Philoſoph. cap.* VII. §. 26.

## §. CXV.

De *Joh.* OLDENDORPII, a) JCti Marpurgenſis

genſis pietate; teſtantur, tum hæc diſticha: b)

*Ejus in ore fuit crebro ſententia* PAULI,
Vita mihi Chriſtus, mors mihi dulce lucrum.
*Conjicere unde licet; quantus pietatis amator*
*Extiterit canus decrepitusque ſenex.*

Tum & AUTORIS der Vergnügung müßiger Stunden: c) daß Er (OLDENDORPIUS ſcilicet) ein vortrefflicher und dabey frommer Juriſt geweſen, welcher ſich das Religions-Weſen und deſſen Verbeſſerung ungemein angelegen ſeyn laſſen.

a). *Vitam* OLDENDORPII, vid. *in* ADAMI, *Vitis JCtor. pag.* m. 175. *ſequ.* & apud FREHERUM, in *Theatro pag.* m. 854. SPIGELIUS, in *Lexico Juris*, in dict. *Reſtaurari*, ita ſcribit: OLDENDORPIUS *minime ad ſomnia nugamentaque ſcribenda natus, imo, ut res ipſa manifeſtat, a Deo miſſus, ut, quod* ERASMUS *pro bonarum artium ſtudio repurgando præſtitit, ipſe quoque* OLDENDORPIUS *in noſtra Jurisprudentia recte tradenda efficeret.*

b) Vid. *Petri* NIGIDII, Epigramma quod in OLDENDORPIUM concinnavit, in ADAMI *Vitis JCtor. pag.* m. 177.

c) *Part.* XIII. *pag.* m. 54.

## §. CXVI.

De *Erico Runell* PALMSKIöLDII, Regis Sveciæ in Archivo regni quondam Secretarii, obitu, *Doctiſſ.* COLLECTORES *Novor. literar. Hamburg.* a) memoriæ tradiderunt ſequentem relationem: *Mortem ſtupendo prorſus & inaudito animi robore excepit:*

 *nulla*

Digitized by Google

*nulla perturbatio mentis, nulli horrores ſenſuum notati: nulla querulæ voces auditæ, cum amicis ſermones in acerrima lucta (cujus indices creberi ſudores, toto corpore affatim manantes) ſeruit lætos, blanda & renidenti facie adſpectans;* Vix credibile iis eſſe, *ajebat*, quanti ſibi hoc certamen conſtaret: jam demum ſe intelligere, quid profuerit in perpetua, dum vivitur, meditatione mortis exercitum animum habuiſſe; ſe nullo modo tot aſſultibus ac impreſſionibus ſufficere potuiſſe, niſi antea pectus quotidiana adverſus mortem præparatione præmunitum effeciſſet, *Tandem hoc voto clauſit*: DEus propitius ſis mihi peccatori! *atque ſedens in lectula & interiore tectus veſte, illico leni tractu, deficiente paulatim Spiritu, reclinis, velut in ſoporem compoſitus, animam reddidit.* Cæterum dum in vivis adhuc eſſet noſter PALMSKIöLDIUS, pietate ei nihil prius, nihil antiquius, nihil ſanctius fuit: ſtatarum precum & ſacrorum congreſſuum obſervantiſſimus, quæ in iis memoria fideli â ſe retineri diſperabat, celeri annotatione plumbaginis ſublegit: Liberos egregie educavit, domeſticos diebus Dominicis in capitibus fidei erudiit, ſemper ad ſuos ingeminavit illud Apoſtoli; *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini*, b) Inter memorabilia dicta, quæ ei eximie placuerunt, reperitur in libris ejus pleriſque hæc regula moralis annotata: *In converſatione omnibus ſis ſuavis, nemini gravis, paucis familiaris. DEO vivas pie, tibi caſte, proximo juſte. Amico utaris ad gratiam, inimico ad patientiam, omnibus ad benevolentiam, quibus potes, ad beneficentiam.* a).

a) *In*

Digitized by Google

a) *In a.* 1709. *pag. m.* 118. Eodem anno per *Joſeph.* THUN, prodiit Holmiæ, *Imago Politici Chriſtiani in Vita Nobil & Generoſi* Viri, Dn. E. PALMSKIöLDII expreſſa, 4to. In qua Autor non pauca ad hiſtoriam Archivi Regii, nonnulla etiam ad Rem literariam Svecicam pertinentia, cognitu fortaſſis non indigna nec injucunda, ex occaſione inſperſit.

b) *Philip.* II. 12.

c) *Vid. Nova liter. jam cit. l.*

## §. CXVII.

*Carolus* PASCHALIUS, Regis Galliarum in ſacro Conſiſtorio Conſiliarius, vir quidem politicus variisque Legationibus diſtentus fuit, nihilominus autem, præter alia, a) libellum ſub titulo: *Chriſtianæ preces,* typis evulgavit. b)

a) Edidit nimirum Tr. *de Coronis Pariſ.* 1610. quem *HENELIUS* in *Otio Vratislavienſi*, *Eruditiſſimum opus* vocat. *conf. Doctiſſ.* Dn. *FABRICII*, *Bibliograph. antiquar. cap.* 14. *pag. m.* 495. *Th. CRENII Animadverſ. Philol. & hiſt. Part.* III. *pag. m* 162. & *Part. IV. pag.* 35. Habemus quoque de eo, librum ſub tit. *Legatus.* cujus optima eſt editio, illa, quæ prod. ex Officina *ELZEVIR. Amſtelod.* 1645. 12. *vid. CRENIUS, cit. Part.* IV. *p.* 34. *ſeqv.*

b) Recudi curavit Libellum Paſchalii, *Jo Georg. SCHWÆNDER*, Typographus Osnabrüggenſis, a. 1675. 12. in dedicatoria ad Baronem de Wendt Epiſtola ita ſcribit editor: *Opera duxi pretium, devotionis plenas C. PASCHALII, viri Politici, variisque Legationibus illuſtris, Precationes, ob paucitatem exemplarium á multis deſideratas, prelo committere.* Ipſe

vero Autor noſter in epiſtola ad *Petrum FORGETUM FRESNÆUM*, opuſculo Precationum præmiſſa piam intentionem hiſce exponit verbis: *Una res, P. FORGETE FRESNÆE, rem nobis reſtituere poteſt, aut nulla poteſt. Eam, ſatis intelligis, non eſſe prudentiam noſtram, qua nihil imprudentius; non opes, jamdiu attritas; non hominum auxilia jamdiu invalida. Hoc eſt opus Pietatis, quæ perrumpat coelum vi gemituum, effuſione fletuum, ardore ſuſpiriorum, crebritate ſingultuum. Hæc neceſſe eſt decurrat ad ſupplices preces, & ne pereamus, id vero diſertim paciſcatur cum DEO. &c.* & circa finem epiſtolæ: *Id mihi pulchre foeneraverit, ſi & pios juverit.*

## §. CXVIII.

*Franciſcus* PENIA, Sacræ Rotæ Romanæ Auditor ac Decanus, tradente ERYTHRÆO, a) Librum, de *Regno Chriſti* conſcripſit.

c) In PINACOTH. *pag.* m. 144.

## §. CXIX.

*Tobiæ* PFANNERI a) JCti & Conſiliarii Saxo-Gothani ingenio orbis eruditus debet varia ſcripta Theologica, ut ſunt: 1. Buß- und Lebens-Weg, b) 2. Diatr. *de Chariſmatibus* ſ. *Donis miraculoſis antiquæ eccleſiæ, ad locum Marci, XVI.* 17. & 18. c) 3. *Syſthema Theologiæ purioris gentilis*, d) 4. *De Catechumenis eccleſiæ antiquæ* e) 5. *Obſervationes eccleſiaſticæ*, f) quæ, *eruditionis cum ſacræ tum profanæ inſigni apparatu inſtructæ* ſunt, g) 6. *Antiquitates Scripturæ*, h)

a) *De PFANNERO*, vid Gelehrte Zeitungen, *de a.* 1717. *p. m.* 319. *B. GRUNDMANNI, Oſſa & cineres, a.* 1716. *pag.* 15. Dn. *WENDLERI, Auguſtam literatam, pag.* 70. & 71. *in addendis.*

b) Prod. *2da editio*, 1722. 8.

c) Prod.

c) Prod. 1680. 12.

d) *Baſil.* 1679. 4. prod.

e) *Gothæ*, 1698. 4.

f) Quarum *Pars* I. *Jenæ* 1694. *Pars* II. vero *Vinariæ*, 1695. 12. exiit.

g) Ita judicant *Doctiſſimi Dn. AUTORES Actorum erudit.* a. 1694. p. 167.

h] Prod. 1698. 8.

## §. CXX.

De *Hartmanni* PISTORII, *Commentario in Pſalmos*, AUTOR *Obſervationum Miſcellanearum*, a) hancce ſuppeditat relationem: Ungeachtet Er (*Hartmannus* PISTORIUS) mit ſehr vielen Staats- und Religions- auch andern Geſchäfften gantz umgeben war, ſo unterließ Er doch nicht, ſich an GOttes Wort zu beluſtigen und in demſelben zu forſchen, b) - - Er lieſſe ſichs nicht verdrieſſen die damahligen berühmteſten Commentarios (in *Pſalmos*) durch zugehen, und aus denenſelben eine neue Erklährung, dazu Er auch offt Seine eigne *Meditationes* geſetzet, zuſammen zu ſchreiben, c) - - Immittelſt erhellet, daß SALUSTII Worte: *Inertiſſimi ſunt Nobiles illi, in quibus, ſicut in ſtatua, præter nomen nihil eſt additamenti*, auf ihn, und ſeine Deſcendenten nicht können appliciret werden. d)

a) *Tom.* III. *Part* XXVI. *num.* 1. ubi & pag. 85. *Præfatio* Nobiliſſimi *Autoris* inſerta eſt, imo porro pag. 88. ſeqv. curioſus Lector *Specimen ex iſto Commentario* legere poterit.

b) Vid.

b) Vid. *pag. m* 82. *c. l.*

c) Vid. *pag.* 84.

d) *Ibidem.*

## §. CXXI.

Optimo Parenti jam ad latus merito ponitur optimus filius *Simon, Ulricus* PISTORIUS, Electoris, a) Electoris Brandenburg. Conſiliarius intimus, quem, juxta illud Tragici, b)

*inclytas laudes juvat*
*Et clara magni facta Genitoris ſequi;*

Ille nimirum itidem *in Pſalmorum librum* Germanico idiomate commentatus eſt; c) Quinimo *Autor*, quisquis ille ſit, curriculi vitæ hujus *Piſtorii*, tali modo in laudem ejus declamat: Neben ſeinen Laboribus hat Er ihm das Studium Theologiæ inſonderheit angelegen ſeyn laſſen, alſo daß, ob er wohl ſeinen meiſten Fleiß auf das Studium Juris und Politices gewendet, er doch auch darneben eine ſonderliche Liebe und Luſt von Jugend auf zum Studio Theologico getragen, wie er denn auch, ſo lange er hier in Officio geweſen, nach Verrichtung ſeiner wichtigen Geſchäffte, die übrige Zeit in fleißiger Betrachtung des Göttl. Wortes und Nachforſchung der Wahrheit angewendet, daher ihm auch vornehme Theologi, die mit ihm converſiret, ein ſolch Zeugniß gegeben, daß er in lectione Patrum, und cognitione controverſiarum Theologicarum alſo verſirt geweſen, daß ſie einen in Theologia ſo geübten Politicum nicht angetroffen.

a) Vid.

Digitized by Google

a) Vid. *de eo, Obſervationes Miſcellan.* Tom. III. *pag. m.* 92. *ſeqv.*

b) *SENECA* in *Troad. verſ.* 234. & 235.

c) *AUTOR Obſervationum Miſcell.* cit. p. m. 81. & 82. ſcribit: Man hat einen deutſchen *Commentarium* (in *Pſalmos*) in druck, welchen - - *Simon Ulrich von* PISTORIS zuſammen getragen; dieſer iſt von *Martino* FUSSELIO, Churfürſtl. Brandenb. Hoff-Prediger zu Berlin a. 1618. ediret, und dem Churfürſten *Joh. SIGISMUNDO* wie auch *Joh. GEORGIO* Marggraffen zu Brandenburg dediciret worden. ubi quidem pergit: Es ſcheinet faſt eine Uberſetzung des Lat. MSC. *Hartmanni* PISTORII zu ſeyn; ſed *pag.* 84. addit: Ich habe bey der Collationirung des lateiniſchen Manuſcripts und der deutſchen Edition, doch einige *Diverſitæt* gefunden.

d) Vid. *Obſervatt. Miſcell. alleg. pag. m.* 92. 93.

## §. CXXII.

Laudibus *Davidis* PLATZII, JCti ac Prætoris Budiſſinenſis, eximii, omnino accedit, quod *ſacros* in horto *libellos* evolvere, atque jucundis ſoliloquiis animum paſcere, conſveverit. Refert nimirum *Michael* LIEFFMANNUS, in *Homilia funebri*, quam in Exequiis Viri optimi d. 24. Jun. a. 1690. ad *Joh.* XVII. 24. recitavit: Als er Nachmittags am 11ten Jun. aus der Kirchen nach Hauſe kommen, hat er eine ſonderbahre Luſt gehabt in den Garten zu gehen, = = und hat ſodann in dem Garten, mit Leß- und Betrachtung unterſchiedlicher Chriſtlicher Gebethe, und letzlich mit andächtiger Erwegung der Vermählung einer gläubigen Seele mit Chriſto, ſich ergötzet. a)



Digitized by Google

a) Vid. B. *Dn.* GOETZII, Shed. von gelehrten Gärtnern, §. 18. *pag. m.* 14. & 15.

## §. CXXIII.

*Georg.* PONTANUS, a) FRIDERICI Electoris Saxoniæ Cancellarius ac Status miniſter, multum ſane in Religionis negotio præſtitit, variisque Colloquiis Religionis cauſa tunc temporis inſtitutis, maxima cum laude interfuit. b)

a) De *Pontano*, vid. ZEUMERI, *Vitas Profeſſor. Jenenſ. Claſſ.* II. *num.* 1. *pag* 3. ſeqv. add. AUTOR, des hiſtoriſchen Schau-Platzes vornehmer und berühmter Staats-und Rechts-Gelehrten, *num.* XXIV. *pag. m.* 188. ſeqv.

b) Evolve, ſi lubet, B. SECKENDORFFII, *Hiſtoriam Lutheranismi Lib.* I. *Sect.* 37. §. 88. *add.* II. *pag. m.* 143. *a.* & *b. Lib.* II. *Sect.* 35. §. 78. *num.* 2. & 3. *pag. m.* 200. *b. add. pag.* 204. *b. lit.* R. *Lib.* III. *Sect.* I. §. 1. *add. d. pag. m.* 3. *a. Sect.* 19. §. 71. *add.* 1. *lit. a.* & *e.* §. 72. *num.* 7. §. 73. *add.* 2. *lit. e.*

## §. CXXIV.

*Joh. Ludovicus* PRASCHIUS, a) Reipublicæ Ratisbonenſis Syndicus digniſſimus ac Conſiſtorii Præſes, Pöeta in pöeſi & Latina & Germanica laude omni dignus, Germanicam locupletavit Poëſin, edendo Lobſingende Harffe, b) Geiſtliche Blumen-Strauß, itemque Cantiones quæ in Manuali hymnorum Ratisbonenſi i. e. Regenſpurgiſches Lieder-*Manual* de a. 1710. reperiuntur, ſunt autem:

Nach-

Nachdem das alte Zion ſich gewand &c.
Sey willkommen ſchönſtes Licht &c.
Süſſe Speiſe meiner Seel &c.
Weh! ach weh! ach was vor Schmertzen &c.

Symbolum illi fuit: *Conſcientia & ſcientia.*

a) De eo vid. Dn. NEUMEISTERI, *Diſ. de Pöetis Germ.* p. m. 82. Wetzels, Hiſtor. der Lieder-Dichter Part. II pag. m. 317. ubi p 318. ex WITTENII, *Diar.* de a. 1690. *ultimum Vale* noſtri, quod beatam mortem Cygnorum quaſi more cecinit, hujus tenoris legitur:

*Valete amici: Jam ſatur omnium*
*Excedo terris: Jam ſuper æthera*
*Libro ſolutæ mentis alas,*
*Aligera comitante turma.*
*Jam ſpe relicta civibus & fide,*
*Capeſſo amoris limina gemmea,*
*Ac vinculo jungor perenni*
*Ex adamante choris beatis.*
*Quin & ſtupenti ſydereum licet*
*Regem oſculando tangere. Conſulem*
*Hic laureatis me benignus*
*Faſcibus ætherium ſalutat.*
*Efferte corpus, ceu decet, ô mei!*
*Et ſic onuſtum pulverem linquite,*
*Ut & tenaci mente vivum*
*In patriam referatis urbem.*

## §. CXXV.

*Zachar.* PRüSCHENCKII, a) Jurium in academia

mia Jenenſi Profeſſoris pietatem conteſtantur Symbola, b) quæ ſibimet elegit, tum ex *Pſalmo, XXV.* 21. *Integritas & rectitudo cuſtodiant me*: tum ex BONAVENTURA illud: *Tota religionis perfectio in voluntatis propriæ abdicatione conſiſtit.*

a) *Vitam ejus deſcripſit* ZEUMERUS, in *Vitis Profeſſor. Jenenſ. Claſſ.* II. *num.* 39. *pag. m.* 110. *ſeqv.* add. STRUVII, *Acta literar ex MSCtis eruta, faſcic. pag.* 1. *ſeqq.*

b) Vid. CRUSII, *Symbolotheca docta, pag. m.* 133.

## §. CXXVI.

*Sam.* PUFFENDORFFIUS, a) præter alia inſignia monumenta, in lucem quoque produxit, 1. Tract. de *Habitu religionis chriſtianæ ad vitam civilem*, b) 2) *Jus feciale divinum ſ. de Conſenſu & diſſenſu Proteſtantium.* c)

a) *De Vita & Scriptis Ill.* PUFFENDORFFII, vid. AUTOR der denckwürdigen Lebens-Memoire des Barons *Sam.* von PUFFENDORFF, quæ annexa eſt editioni Germanicæ libri, qui ſub rubro: *Monzambano*, autore *PUFFENDORFFIO*, proſtat, *Lipſ.* 1715. 8. poſt. *pag.* 1212. conf. *SCHEFFERI*, *Sueciam literatam pag. m.* 309. *MOLLERI, Hypomnem. pag. m.* 468. & 469. Hamburg. *Biblioth. hiſtor. Centur.* X. *art.* 37. *p. m.* 123. *ſeqq.*

b) Sæpius hic libellus excuſus eſt; Editio illa quam Clar. Dn. *KRESSIUS*, *notis* ſuis illuſtratam adornavit, *Jenæ* 1712. 8. omnium promeruit approbationem; recenſentur in Bücher-Saal, *Part* XVII. num 5. pag. 347. ſeqv. conf. *BEYERI*, *Notitia Autorum Jur Specim.* II. *num.* 32. *pag. m.* 121. ſeqv. *Germanico* idiomate hic libellus prod. 1689. 12. & *Gallicè* quoque 1690. 12.

c) Prod.

c) Prod. *Lubecæ*, 1695. 8. & *Germanicâ* linguæ *Francof.* 1696. 8. ſub. tit. Heil. Religions-Recht. Dn. *Wolffg. JÆGERUS* in *Obſervatt.* ad *GROTIUM* aſſerit: *ſe ſuccum & ſanguinem in illo Libello reperiſſe.*

## §. CXXVII.

*Henricus* RAHNIUS, a) Profeſſor Juris in Academia Roſtochienſi haud incelebris, quovis die ſacra meditatus eſt, nulloque modo, etiamſi per temporis penuriam vix videretur poſſibile, concionibus intereſſe ſacris, omiſit. b)

a) Vid. *de eo FREHERI Theatr.* pag. 1157. & *SINCERI*, *Vitas JCtor. Tom.* II. *num.* 8. pag. m. 120. ſeqq.

b) Vid. *SINCERUS*, *alleg. pag.* 126.

## §. CXXVIII.

*Petrus* RAVENNAS, a) Italus, J. U. D. & Eques auratus, ob librum *Sermonum* b) quos feſtis diebus auditoribus ſuis, & quidem aſſidentibus quandoque FRIDERICO, Electore, & JOHANNE, fratre, Ducibus Saxoniæ, pronuntiavit, a Doctiſſ. OLEARIO, c) inter Scriptores Eccleſiaſticos relatus eſt.

a) Scripta *Ravennatis* Juridica recenſet *Joſ.* SIMLERUS, *ad* LYCOSTHENIS *Epitomen ſcriptor. eccleſ.* fol. 564.

b) Edidit illos *Herm.* TREBELIUS, Iſenacenſis, qui in frontiſpicio *Dædaleum opus* dicit, & in dedicatione ad ipſum P. RAVENNATEM, autorem παντασόφȣ titulo ornat. prod. vero *Wittenb.*, a. 1505. vid. KOENIG, *in Biblioth. Vet. & nova pag.* m. 679.

c) In *Bibliotheca Scriptor. eccleſiaſt. cor. pag.* m. 117. conf. *Dn. a SEELEN, Selecta literar. num.* XIX. pag. 686.

## §. CXXIX.

De *Joh.* REBHANIO, a) JCto Argentoratenſi teſtatur TENTZELIUS b) quod *Biblia* univerſa toto vitæ ſuæ tempore *trecies* & *quater* lectione abſolverit.

a) *De eo* vid. WITTEN. *Diar. biogr.* it. PARAVICINI, *Singularia de Viris eruditione claris.*

b) In der curieuſen Bibliothec, a. 1704. pag. 374. conf. SOMMERLATTIUS, in diſſ. de *Eruditis ſingularis cujusdam libri amatoribus, cap.* III. §. 19. *pag.* 26.

## §. CXXX.

*Theodorus* REINKINGIUS, a) Daniæ Regis Conſiliarius & in Ducatu Sleſvicenſi Cancellarius, multum omnino præſtitit in Theologia; b) Teſtes ſunt Documenta illius eruditiſſima 1. Tract. *de Regimine ſeculari & eccleſiaſtico*, c) 2. Bibliſche Policey, d) 3. *Exercitationes Theologicæ* de *Animæ vita in morte* e) 4. *Regulæ* f). Wie man im Glauben leben, und gedultig das wiederwärtige Glück ertragen müſſe, auch endlich ſelig ſterben könne. 5. Verſio *Germanica* Tractatus *Cypriani*, de *Patientia*.

a) Vid. *de eo*, *FREHERI*, *Theatrum pag.* 1167. *WITTEN. Memor. JCtor. Dec.* III. *pag.* 397. *SINCERI*, *Vit. JCtor. Part.* I. *pag. m.* 1. *ſeqv.* Conf. *Balthaſ. ARNDII*, Orat. fun. in obitum B. *REINKINGII*, hab. *STOCKMANNUS* in Tract.

von

von Eyd und Meineyd, *Part.* II. *cap.* 5. *pag.* m. 191. vocat *REINKINGIUM*: Einen recht Chriſtl. *JCtum.*

b) Unde & DECKERO, in Tract. *de Scriptis adeſpotis*, Sect. 5. *pag.* m. 177. *Operoſis & piis ſcriptis præſtantiſſimus* audit.

c) Prod. *Gieſſæ* 1619. *Marpurgi recuſ.* a. 1634. 4. *Baſil.* 1622. 8. *Francof.* 1663. 8. *Optima editio* eſt *Francofurthana* de a. 1669.

d) Hunc tractatum in gratiam FRIDERICI, Archiepiſcopi Bremenſis Autor conſcripſit; prod. *Francof.* 1653. 4. vid. FREHERUS, *cit. pag.* 1169.

e) Prod. *Lubecæ*, 1672. 12.

f) Regulas haſce *Autor* jam conſeneſcens collegit.

## §. CXXXI.

De *Henningio* RENNEMANNO, a) JCto Erfurthenſi Clar. AUTOR b) *Vitarum illuſtrium & eruditorum Erfurthenſium* hæc tradit: RENNEMANN c) iſt nicht allein ein ſolid gelehrter, ſondern auch überdiß ein Grundfrommer JCtus geweſen, ſo, daß es noch in Zweiffel, ob dieſes, oder jenes bey ihm den Vorzug gehabt. = = In ſeiner Praxi war er dermaſſen Gewiſſenhafft, daß er niemahls einen Proceſs anzunehmen pflegte, der ihm unrecht deuchtete; Moſes galte bey ihm mehr, als Juſtinianus, und er laß mitten unter ſeiner weitläufftigen Praxi, öffter in der Biebel, als Corpore Juris; = = Als Ihn a. 1616. die Rohte-Ruhr auf ein gefährl. Lager warff, entdeckte Er ſeines Hertzens Gedancken, durch folgendes Chriſtl. Epicedium:

Munde

*Munde immunde vale, Cœlum, mea gaudia, ſalve!*
*Quæ reparata mihi ſanguine, Chriſte, tuo,*
*Vita caduca vale, coeleſtis Patria, ſalve!*
*Sellam hic mi poſitam lætus anhelo meam,*
*Hanc ſpiro & ſpero: ſed ne ſpes forte vacillet;*
*Tu fer opem, tu ſpem dirige, Chriſte, meam.* d)

a) *De* RENNEMANNO, vid. *Vitas illuſtr.* & *eruditor. Erfurtenſium, num. pag.* 45. ſequ. WITTEN. *Diar. Biogaph. Tom.* I. a. 1646.

b) Qui ſe *Biantem* vocat, ac haſce Vitas *Erf.* 1722. 8. edere cœpit.

c) Vid. *pag.* 45.

d) *Ibid. pag.* 49. & 50.

## §. CXXXII.

*Johannes* REUCHLINUS a) alias CAPNIO b) Hercules ille Germanicus Alexibarbarus innumerabilium monſtrorum domitor c) qui in Academia Aurelianenſi d) Jurisprudentiæ operam dedit & honores Licentiati in Pictavienſi, e) Doctoris vero titulum etiam Tubingenſi adeptus eſt Academia, EBERHARDO I. Wurtenbergenſium Duci a Secretis fuit, nec non poſtea Legatus a Principe ad FRIDERICUM III. Imper. uti laborum, quos in foro ſubibat, tædiô moleſtiaque pleniſſimorum, quaſi condimentum quoddam in *ſacris* quærebat *literis*: f) ita quoque prelo exſcribenda dedit *Tract. de Verbo mirifico,* g) Opuſculum, *de Arte prædicandi,* h) Librum, *de Accentibus*

*centibus & orthographia L. Hebraicæ*, i) *Commentar.* in *Septem Pſalmos poenitentiales.*

a) *Joh. Henr.* MAJUS, Prof. Gymnaſi Durlacenſis *Vitam* REUCHLINI magna cum cura multaque induſtria edidit a. 1687. 8. conf. etiam de REUCHLINO *Acta erud.* de a. 1688. pag. m. 14. *ſeqv.* Autor des Neueröffneten *Muſæi*, II. Oeffnung, num. II. pag. 104. ſeqv.

b) Nomen ſuum ſuadente ita *HERMOLAO BARBARO*, cum Græco, *CAPNIONIS*, commutavit *REUCHLINUS*, nullo forte conſilio alio, qvam qvod â pervulgato ſeculi iſtius more abripi ſe pateretur, vid. in hanc rem Doctiſſ. WOLFFII, *Hiſtor. Lexicor. Hebr. Claſſ. II.* §. 2. pag. m. 75. *not.* p. Dn. *CRENIUS in Animadv. Philol. & Hiſtor.* Part. V. pag. m. 178 ſeqv.

c) Ita vocatur *Conr.* RITTERHUSIO *in Vita* PIRKEIMERI; Plura de REUCHLINO judicia Collegit Dn. CRENIUS modo cit. Part. III. *cap.* 5. §. 6. *pag. m.* 202. ſeqq.

d) Vid. de hac Academia, *Jac. MIDDENDORPIUS de Academiis*, *pag. m.* 379. *CRUSIUS*, *de Jure Prœdrias*, *cap. XXIX. num.* 5. *HACKMANNUS*, *in Diſſ. de Jure Albinagii*, *Cap.* 4. ſingulare quid de Academia AURELIANENSI refert: *In hac*, inquit, *Academia inſcripti* ſtudioſi Germani *gaudent immunitate â Jure Albinagii in Gallia recepto, ſi forte decedant: hinc cuivis immatriculato, ſpecialiter id requirenti, factæ receptionis Documentum membranæ eleganter impreſſum, & Procuratoris, Quæſtoris, Aſſeſſoris & Bibliothecariorum nationis Germanicæ, nec non Notarii Regii ſubſcriptionibus, magnoque prædictæ nationis Germanicæ ſigillo corroboratum datur; ut proinde libere de ſuis rebus teſtari, ac etiam ſuis extra Galliam hæredibus ab inteſtato relinquere queant.* Communicat quoque HACKMANNUS cit. cap. 4. ejusque §. 12. formulam,



Digitized by Google

lam, dicto caſu tali immatriculato exhibitam. Conf. CONRING. *Antiquitat. Academ. Diſſ. VI. pag m.* 177.

e) De PICTAVIENSI Academia vid. MIDDENDORP. *cit. pag. m.* 396. LUCÆ, Europæiſcher *Helicon Part III. cap. V. pag. m.* 240. & *Abrab.* GOLNITZIUS, *in Ulyſſe Belgico Gallico pag.* m. 262. ubi de urbis *Pictavienſis* magnitudine ita ſcribit: *Velut urbs hac amplitudine non cedit Pariſiis, ita Academia, nec Pariſienſi cedit celebritate; De qua* SCALIGER *in ſuis Urbibus:*

*Si ſtudium eſt animæ; veniunt à corpore vires,*
*Galliaque à meritis poſcit utrumque ſibi.*
*Hæc ſtudiis, aliæ belli exercentur amore.*
*PICTAVIUM eſt animus; cætera corpus erunt.*

f) Legi meretur Epiſtola REUCHLINI qua *Jac.* LEMPO, Theol. atque Juris Doctori *Commentarios in* VII. *Pſalmos poenitentiales* dicavit.

g) Prod. Coloniæ, 1532. 12. de hoc libro vid. MAJUS, *in Vita* REUCHLINI *pag. m.* 429. *ſeqv.* & *Conr.* LEONTORIUS, Monachus Mulbrunnenſis, *in Epiſt. ad* REUCHLINUM ſcribit: *Se, quum Baſileam* Joh. AMMERBACHIUM *conventurus perveniſſet, donatum ab illo fuiſſe elegantiſſimo munere, illo nimirum Opere,* de Verbo mirifico, *prorſus mirifico, idque ex illa officina primum ſe deportaſſe, legiſſe, pertegiſſe, relegiſſe, ſumma cum admiratione inventionem, eloquentiam, enodata myſteria & quod nullus ante Latinorum ne cogitaverit quidem illud de nomine JESU, obſtupuiſſe.*

h) Prod. Baſil. 1540. vide quæ de Libello hoc congeſſit MAJUS *alleg.* pag. m 246. *ſeqv. Ad ipſum,* judicat MAJUS, Opuſculum, *de Arte concionandi, quod attinet, illud profecto magna arte eſt concinnatum, ut grata brevitas, cum perſpicuitate certare videatur.*

i) REUCH-

Digitized by Google

i) REUCHLINUS nimirum cum per anni & quod excurrit ſpatium Romæ commoraretur & otii, pecuniæque haberet ſatis, melioribus literis id omne deſtinavit & *Hebræam Græcamque* linguam tum perdiſcere penitus ſtuduit, cum opportunam nactus eſſe occaſionem. Incidit enim ibi in Magiſtros optimos atque perfectos: ac in *Hebraicis* quidem literis uſus eſt Præceptore ABDIA, filio *Jacobi* SPHURNO vid. ipſius REUCHLINI *Epiſt. ad fratrem* DIONYSIUM *in Doctiſſ.* BURCKARDI, *Commentar. de Fatis Latinæ L. Part.* I. *pag m* 144 & 145. MELANCHTON *tradit* REUCHLINUM διδακτρα dediſſe Præceptoribus ſuis, *pro ſingulis horis, ſingulos aureos.* conf. MAJUS, *ſæpe cit. pag. m.* 211.

## §. CXXXIII.

*Georg.* RICHTERUS, a) JCtus, Reip. Norimb. aliorumque Statuum Conſiliarius, & Academiæ Altdorffinæ Pro-Cancellarius, quoties per curas Reip. quotidianas libuit, ad S. Bibliorum non modo (quæ *decies & ultra*, ab initio ad calcem usque legendo abſolvit) ſed & variorum Theologiæ Doctorum ac Patrum imprimis lectionem crebriorem divertit. Cui bono ſacras ejusmodi Meditationes impenderit, loqvuntur hodieque partim ejusdem *Digeſta pietatis*, b) ſ. de *Cultu orationis Collectanea theoretico-practica*; Partim nonnulla opuſcula magni illius *Danielis* SENNERTI, c) & incomparabilis *Eraſmi* ROTERODAMI, d) quorum hujus de *Præparatione ad mortem*, e) & de *Miſericordia divina*: illius vero, de *Bene vivendi beateque moriendi ratione*, e lingua latina, in uſum eorum, qui linguam hanc non callent, in Germanicam pu-

U 2 riorem

riorem tranſtulit, typiſque imprimi curavit... Poſt lectionem S. Bibliorum & Patrum, impenſe amavit, & admiratus eſt ſcripta B. LUTHERI, *Phil.* MELANCHTONIS, modo nominati *Eraſmi* ROTERODAMI & *Hugonis* GROTII, quod in iis non ſolum ubique veræ pietatis praxiſque Theologicæ veſtigia, ſed & animum & conſilia in cauſis religionis moderata, frugifera & pacifica h. e. ad concordiam eccleſiaſticam imprimis ſalutaria & vere neceſſaria deprehendere licuit. f)

a) *Vitam* RICHTERI legere licet *in* Dn. APINI, *Vitis Pro-Cancellarior. academiæ Altdorffinæ pag.* 20. *ſequ.* & *apud* FREHERUM, *in Theatro*, pag. 1119. *Claud.* SINCERUM, *in Vitis JCtor. Part.* I. p. 31. WITTEN, *Memor. JCtor. pag.* 277.

b) Prod. *Norimb.* 1636. 12. Scripſit præterea B. RICHTERUS, libellum cui tit. die Geiſtl. Anatomia d. i. Beſchreibung eines wahren Chriſten in ſeinen gantzen Wandel, nach allen ſeinen Leibes-Gliedmaſſen, voll Geiſtl. Unterweiſung zur Erlangung des ewigen Lebens, Nürnb. 1630. 8. vid. APINUS *cit. l. p.* 62. *in not.*

c) *De* SENNERTO Medicinæ Prof. Wittenbergenſi, vid. Bönmanns, Lebens-Beſchreibungen gelehrter Männer, *num.* XXIII. *pag. m.* 196. Liber illius *de Bene vivendi beateque moriendi ratione*, cujus hic mentio fit, *Danicâ* quoque lingua exiit *Hafn.* 1657. 12. per *Petr. MEHRNERUM.*

d) De *Eraſmo vid.* VERHEIDEN *Imagines & elog. p. m.* 141 BATESII, *Vit. ſelect. pag.* 187. Dn. *Jo. Alb.* FABRICII Diſſ. de *Religione Eraſmi*, Hamb. 1717. *ed. Amoenitates literar. Tom.* VII. *pag. m.* 110. *ſequ.*

e) Extat

Digitized by Google

e) Extat in Tom. V. Operum *Eraſmi* ROTEROD. quæ cura *Joh.* CLERICI Lugduni Bat. 1706. X. Volum. prodiêre, pag. 1293. ubi & pag. 557. Concio *ERASMI de Magnitudine miſeriarum Domini*, legitur.

f) Excerpſimus hæc ex vita B. RICHTERI, per Dn. APINUM conſignata, pag. 55. conf. quæ porro adhuc de RICHTERO pag. 57. annotavit Doctiſſimus Biographus.

## §. CXXXIV.

*Jacobus* RITTER, qui Halæ Saxonum, dum viveret, ſpartam Secretarii ornavit, cum omni tempore mortem ſuam meditaretur, cantionem fecit: Ach wie nichtig, ach wie flüchtig, iſt doch dieſe Lebens-Zeit. a)

c) V. OLEARII, Lieder-*Bibliothec*, *Part. II. pag. m.* 65.

## §. CXXXV.

In *Conrado* RITTERSHUSIO, a) JCto & Reip. Norimbergenſis Conſiliario, pietas, b) virtutum princeps, fuit excellens & præclara. Singulis diebus initium & finem omnium actionum ſuarum, juxta NAZIANZENI, c) monitum, a precibus ad DEum, voluit eſſe lectionem Propheticorum & Apoſtolicorum, adeoque *S. Biblia* â capite ad calcem usque aliquoties perlegit: ſacra perpetuo ruminavit; ſacra animo indefeſſô verſavit; ut ſacrarum literarum cognitio cum Juris ſcientia in eo certare videatur. Concionibus ſacris & diſputationibus de Religionis capitibus controverſis ſobrie ſuſceptis, libenter

benter interfuit ; easque eruditis ſuis argumentis illuſtravit ; ſacræ ſynaxi ad fidei confirmationem crebro , cum ſeria gratiarum actione , eſt uſus ; in Patrum lectione ſingulari cum ſtudio eſt verſatus , quod teſtatur *Lexicon*, d ) ex Patrum Græcorum & Latinorum ſcriptis collectum & digeſtum. In Catalogo Scriptorum RITTERSHUSII , enumerantur quoque 1. SALVIANUS, e) *de Providentia divina & extremo Judicio enucleatus ;* 2. *Sex Prophetæ minores , carmine hexametro Latino ;* & 3. Libri VIII. *Sacrorum lectionum.* f)

c) *De* RITTERSHUSIO vid. FREHERI, *Theatrum pag.* 994. ADAMI *Vit. JCtor pag.* 461. *ſequ.* WITTEN. *Memor. JCtor. Dec.* I. *pag.* 12. CLARMUNDI , *Vit. Clar. Viror.* Part. II. num. 4. ZENNERI, Winter Parnaß, 1693 *num.* 17. *pag.* 82. ſeqq.

b) Hoc modo deprædicat RITTERSHUSII noſtri virtutes. ADAM. *in Vit. JCtor.* pag. 466.

c) Patrem hunc diligentiſſime legit, unde & NAZIANZENUS *redivivus* ſæpe numero cognominabatur , annotante hæc SOMMERLATTIO , in Diſſ. *Sæpe jam alleg. cap.* II. §. 9. *pag.* m. 36. Cæterum de NAZIANZENO ejusque ſcriptis , vid. *Dn.* OLEARII , *Biblioth. ſcriptor. eccleſiaſt. pag.* m. 294 CAVEI , *Chartophyl. eccleſiaſt. pag.* m. 71.

d) *Lexicon* illud *Opus immortalitate & luce publica dignum*, appellat ADAMI *cit. l.* p. 467.

e] De SALVIANO , qui Seculo V. floruit vid. Dn. OLEARIUS *modo cit. pag.* m. 148, 149. *Johannes Alex.* BRASSICANUS, de ſcriptis SALVIANI ita:

*Mella*

*Mella hæc Neſtoris ex ſtimabis eſſe:*
*Nepenthes Helenæ æſtimabis eſſe.*
*Tam curas adimit, levatque amaras*
*Dictis quîs nihil eſt magis venuſtum*
*Præ quibus ſint Caſiæ & roſæ invenuſtæ,*
*Salvus incolumisque* SALVIANVS.

f) Prod. *Norimb.* 1643. 8.

## §. CXXXVI.

*Oligerus* ROSENKRANTZIUS a) Regni Daniæ Senator, primus ille ultimusque Juris interpres, b) *Pſalterium Danicum* cum *Explicatione Coenæ Dominicæ* & *Benedictione Aaronis* c) edidit; itemque pauperibus Facultatum ſuarum partem teſtamento legavit.

a) Vid. *de illo Dn.* STARCKII, Tract. *de Doctorum vita privata Cap.* II. § 19. *pag. m.* 66. WITTEN. *Diar. biograph.* a. 1642. BVCHNERVS, in *Programmat. Academ. Vol.* I. *num.* 167. *pag.* 530. ſeqq. *Dan.* CRAMERUS, *in Dedicat. in Hypomn.* in *Epiſt. ad Titum*, ROSENKRANTZIO inſcriptarum, ſalutat eum *qua pietas*, *qua eruditio*, *qua virtus*, *qua Nobilitas generis, clariſſimum.* *Ol.* WORMIUS, autem in *Liter. Dan. antiquiſſ. cap.* 27. *pag.* 50. vocat eum: *Pietatis ſinceræque Chriſti gloriæ aſſertorem indefeſſum.*

b) Dn. STARCKIVS, *cit. l.* ita: *Cum venia*, Thuane, *quando profectum olim á calamo tuo in* Jac. CUJACIVM *elogium ad* ROSENKRANTZIVM *in præſenti applico*, & primum *illum* ultimumque Juris interpretem dico.

c) Vid. ROLLIVS *in Bibliotheca nobil. Theologor. Sect.* I. cap. 2. §. 7. pag. m. 67. & pag. 70. not. bb.

d) Vid.

Digitized by Google

d) Vid. STARCKIVS, *alleg l.* ROSENKRANTZIANVM *ſtipendium* apud Hafnienſes ſatis notum eſt; Noſter enim ROSENKRANTZIVS a. 1622. bis mille & quingentorum uncialium uſuram ſtudioſo Theologiæ apud exteros degenti, legavit. Vid. VINDINGIVS, *de Academia Hafnienſi pag.* 449. & 450. Dn. THVRA, in *Idea hiſt. literariæ Danor. Part.* I. *cap.* 8. §. 4. pag. 220. Habet quoque *Diœceſis Arhuſienſis* in Cimbria *Bibliothecam* ruri inſtitutam, *in templo* ſcil. *Hornsletenſi* prope Roſenholm, quam libris præſertim homileticis inſtructam *Olig.* ROSENKRANTZIVS, cognomine *Doctus*, a. 1623. in uſus Paſtorum hujus loci pie legavit. vid. THVRA, cit. l. pag. m. 229.

## §. CXXXVII.

*Gottfr. Wilh.* SACER, a) J. U. D. ἀνονύμως hymnos ſacros, der Bluttrieffende, Siegende und Triumphirende JESUS in ſcriptos, publicavit. b)

c) *Vid.* NEUMEISTER *in Diſſ. de Poëtis Germ.* p. m. 88. ubi & libellus noſtri: Nützliche Erinnerungen wegen der Teutſchen Poeterey, Stettin, 1661. 8. exiguus quidem, frugis tamen haud exiguæ plenus dicitur. *Conf.* OLERII, Lieder *Bibliothec Part.* II. *pag. m.* 66. Wetzels Lieder Hiſtor. *part.* III. *pag. m.* 1. *ſeqq.* qui pleniorem vitæ deſcriptionem hujus viri curioſo ſuppeditabit Lectori.

b) Prod. quoque SACERS Geiſtliche, Liebliche Lieder, cum præfat. *Georg.* NITSCHII, Gothæ 1714. 12. de hiſce Saceri noſtri hymnis *Godofr.* VOCKERODT, *Rector.* Gothanus in programmate quo a. 1711. funus B. uxoris Dn. *Georg. NITSCHII* Superintendentis Gothani, Celeberr. publice indixit, ita ſcribit: *Integram pietatis laudem tempora & piorum virorum ſtudia præſtabant*, Godofr. Wilhelmi SACERI

*hymnos*

*hymnos in publica pietatis uſum extare voluerunt, -- -- Nondum enim infamia nota ſpectatior pietas; nec invidioſa ac alienæ â JCti inſtituto, moribus decore, interpoſita civilis ſapientia ſtudiis & muneribus ſacrorum Meditatio illis certe viſa eſt Theologis, qui a SACERI ingenio & ſpiritu profecta & inter academica ſtudia lucubrata* Cantica, *publica luce & uſu digna judicarunt & autore invito publicarunt.*

## §. CXXXVIII.

*Joh.* SCHÆPERUS, a) Advocatus Fiſci in Dicaſterio Reg. Aböenſi, ut & Conſul, Aböenſis Typis mandavit: *Aureas ſententias* ex S. *Bibliis, variisque autoribus tam ſacris, quam profanis ſelectas & in 52. Claſſes diſtinctas.*

a) Vid. *de eo* SCHEFFERI, *Sveciam liter. pag. m.* 319.

b) Vid. *ibid. p.* 320.

## §. CXXXIX.

*Martinus* KINNERUS â SCHARFFENSTEIN, Secretarius in Curia Ducali Carnovienſi, hoſpitibus improviſo accedentibus delectatus, in ædium ſuarum veſtibulo, hoc poni curavit Tetraſtichon: a)

*Vilis ut hæc domus eſt, ſic eſt Eccleſia Chriſti,*
*Quæ ſe præſentem gaudet habere DEUM.*
*Ergo DEUM quisquis colit, has divertat in ædes,*
*Janua noſtra Piis, nocte dieque patet.*

a) Vid. LUDOVICI, Schul-Hiſtorie, *Part.* II. pag. 195.

X §. CXL.

Digitized by Google

## §. CXL.

*Martinus* SCHIESSEL, J. U. D. autor eſt Libri, cujus titulus: Neu-Catholiſches Geiſt-Lehr-und Troſt-reiches Hand-und Gebeht-Buch. a)

a) Prod. *Sultzbachii*, 1677. vid. *B. Dn. GOETZII*, Sched. de *Quatuordecim opitularibus*, quos vulgo appellant: Vierzehen Nothhelffer. *Lubecæ*, 1708. 4. *pag.* m. 5.

## §. CXLI.

*Joh.* SCHNEIDEWINI a) vita, plena fuit exemplorum, non ſolum JCto tali, ſed chriſtiano homine digniſſimorum; Animi ſui pietatem b) omnibus virtutibus in omni vita atque officio, conſtanter religioſeque declaravit univerſis; quibus innoteſcere unquam potuit. In lectione ſcriptorum Propheticorum & Apoſtolicorum, & in frequentandis concionibus ſacris, fuit indefeſſus & aſſiduus, a) D. PHILIPPI, d) verſus cubiculo adſcripſit, quibus commentari ſecum pie de emigratione videbatur:

*Sic ego quotidie de lecto ſurgo precando,*
*Ut mens ad mortem ſit duce læta DEO.*

a) SCHNEIDEWINI *Vitam* lege in *ADAMI, Vit. JCtor. pag.* 179. & apud FREHERUM, *in Theatro, pag.* 856. Conf. OLEARIUS, in der Lieder-*Biblioth. Part.* II. *pag. m.* 68. Peculiari quoque Oratione *Vitam* illius expoſuit *Joach.* à BEUST, *Witenb.* 1585. 8. Imagini noſtri SCHNEIDEWINI alias hi verſus apponi ſolent:

*Hæc*

Digitized by Google

*Hæc eſt* Oenothmi *JANI, Doctoris imago,*
*Effinxit* Lucæ *quam tibi docta manus.*
*Charus erat,* Luthere, *tibi, ceu filius, inſtar*
*Hunc foviſti, docte* Philippe, *patris.*
*Religionis amans, veri ſtudioſus & æqui*
*Integer & vita Vir fideique fuit.*

Eſt quoque in eum *Nicol.* REUSNERI, Epigramma:

*Dum Jus rite doces, Jus dicis,* & *omnibus æque,*
*Conſultus Juris, ſed mage Juſtitiæ,*
*Juſtitiæ merito dicaris* Jane, *ſacerdos,*
*Par* Celſo, *aut magno hoc nomine,* Sulpitio.

b) In bibliotheca B. SCHNEIDEWINI, pro quotidiana regula vitæ ſibi ipſi præſcripta & peculiari tabellæ inſcripta hæc poſt obitum inventa fuere: Mit allen Fleiß die Acten zu verleſen, und GOtt zu bitten, daß ich nicht aus Gunſt, Neid oder Haß, auch Ungewißheit, ein falſches Urthel ſpreche, dieweil dieſelbige Stunde, da ich richte und Urthel ſpreche, GOtt über mich auch richtet und Urthel ſpricht. Item: daß GOtt mich, mein Weib, Kinder und Geſinde behüten wolle vor Sünden und Schanden, für Gefahr Leibes und der Seelen, und daß er in der Vocation bey uns ſtehen, und unſer Haus, Hoff und alles, ſo er uns beſchehrt, gnädiglich behüten, erhalten und ſeegnen wolle. Desgleichen im Conſiſtorio 1) auf reine Lehre helffen mich acht haben &c. vid. CRUSII, *Symbolotheca docta, pag. m.* 148.

c) Sunt verba ADAMI, *cit. l. pag.* 183. & 180.

d) Teſte eodem, *pag.* 184.

## §. CXLII.

*Henricus* SCHNEIDEWINUS, JCtus & Cancel-

 larius

larius Arnſtadienſis, ex privatis reditibus, aliquot a-doleſcentibus, animum ad *Theologicum ſtudium* applicaturis, magna liberalitate dari *ſtipendia* quotannis ordinavit, quæ etiamnum SCHNEIDEWINIANA dicuntur, & a Senatu Vinarienſi ſolvuntur. a)

a) Uti refert *ZEUMERUS*, in *Vitis Prof. Jenenſ.* in vita *SCHNEIDEWINI*, *Claſſ.* II. *num.* 5. *pag. m.* 16. & 17.

## §. CXLIII.

*Achilles Fridericus* SCHOMERUS, a) Cancellariæ in Ducatu Mecklenburgenſi Vice-Director Graviſſimus, egregie etiam de *Sacris* ac re literaria meritus eſt, dum *Præfatione* ornavit, edendamque curavit B. fratris ſui, *Juſti Chriſtophori* SCHOMERI, b) Theologi incomparabilis, *Theologiam moralem.* c)

a) Eorum quæ hoc loco adduxi de *Excell.* Dn. *SCHOMERO*, teſtis mihi eſt, Dn. a *SEELEN*, *in Athenis Lubec. Part.* II. *pag m.* 107.

b) *Vitam & ſcripta* Conſummatiſſimi hujus Theologi, vid. apud *Dn. SEELEN*, *l. cit. pag.* 298. *ſequ.* conf. *Obſervationes Miſcell. Tom.* II. *pag. m.* 357 *ſequ. in not.* B. Dn. *FECHTIUS*, in Progr. *Theologiæ Morali Schomerianæ* præfixo, ſcribit de Theologo noſtro: *Auſim aſſerere, plures creari Juris Doctores, qui vel in Legum notitia, vel Fori actionibus paria cum ipſo facere nunquam potuerint.*

c) Prod. *Roſtochii*, 1707. 8. B. Autor jam a. 1690. edidit *Specimen Theologiæ moralis*, in 8 quo de vid. *Dn. a SEELEN*, *cit. Athen. Lub. pag. m.* 306.

§. CXLIV.

Digitized by Google

## §. CXLIV.

*Georg.* SCHÖNBÖRNER, Conſiliarius Cæſareus & Cameræ Fiſcalis, proprio Marte delineavit: H. Vater Unſer, in Schrifft-mäßiger Betrachtung und Ubung des wahren GOttes Dienſtes. a)

a) Hujus rei teſtis eſt Dn. *WURTENBERGERUS in cit. Præfat.* Commentarii *ad Orationem Illuſtr. Principis EUGENII p. m* 11.

## §. CXLV.

De *Juſto Georg.* SCHOTTELIO, a) JCto, Conſiliario Guelphico Aulico & Eccleſiaſtico, nec non Dicaſterii Aſſeſſore notum eſt, quod, inter alia, ſcripſerit: 1. JEſu Chriſti Nahmens-Ehre, b) 2. *Concordiam ſ. Harmoniam* IV. *Evangeliſtarum*, c) 3. Vorſtellung des jüngſten Gerichts, d) Vorſtellung der ewigen Seligkeit, e) 5. Vorſtellung der Hölle, f) Autor quoque eſt hymni: Güldner Fried uns ſehr ergötzet. g)

a) Obiit SCHOTTELIUS *a.* 1676. conf. de illo *WITTEN, Diar. Biograph Tom.* I. *a.* 1676. & Dn. *NEUMEISTERI*, Diſſ. *de Poëtis German. p. m.* 95. ſeqv.

b) Prod. *Wolffenb.* 1668. 8. & conſtat Emblematibus, verſibus illuſtratis.

c) *Brunſuigæ*, 1675. 8.

d) *Ibid.* 1674. 8.

e) Prod. 1673. 8.

 f) *Wolf.*

Digitized by Google

f) *Wolffenb.* 1676. 8.

g) Extat hymnus ille in *Odario Numb. num.* 324. *pag. m* 800.

## §. CXLVI.

*Rudolph. Fridericus de* SCHULT, a) Eques Curlandus & Regiminis Haſſo-Darmſtadienſis Conſiliarius, W. *Helmhardi* L. B. *ab* HOHBERG, b) *Hiſtoriam Paſſionis & mortis JEſu Chriſti*, *Germanico* donavit *idiomate.* c)

a) Obiit a. 1699. Filiam piiſſimam ac eruditiſſimam, JULIANAM PATIENTIAM, reliquit noſter, de qua *vid.* LEHMS, *Galante Poetinnen* Teutſchlands, *num.* 81. *pag. m.* 182. ſeqq.

b) Ratisbonæ, ubi ſedem fixerat, a. 1688. æt. 76. vita functus eſt, poſtquam *Georgicis* ſuis *curioſis*, das Adel. Land-Leben nominatis, aliisque ſcriptis doctiſſimis longe lateque innotuiſſet. conf. GAUENS, *Geneal.* Hiſtor. Adels Lexicon, pag. 671.

c) Noviſſimam editionem debemus *Jo.* C. WÆCHTLERO, J. U. D. & Seren. Principi Anhaltino-Serveſt â Conſiliis Regiminis & Conſiſtorii, qui æque *Epico carmine Hiſtoriam Reſurrectionis Chriſti* â ſe deſcriptam una cum L. B. *ab* HOHBERG. & B. *de* SCHULTEN laboribus, prodire juſſit, *Serveſtæ*, 1715. 8.

## §. CXLVII.

De *Joh. Jacobo* SCHÜTZIO J. U. L. & Practico Mœno-Francofurthenſi, aliquoties jam nominatus WURTENBERGERUS a) ἐγκωμιαςικῶς prædicat:

Der

Der nunmehro Seelige I. I. SCHüTZ, hat nicht allein Chriſtliche Lebens-Regeln geſchrieben, ſondern auch im Leben die Mahlzeichen ſeines gecreutzigten Heylandes getragen, ſelbige hernach mit ins Grab genommen; ja, was das vornehmſte iſt, ſolche mitgebracht hat vor das Angeſicht des lebendigen GOttes, in Gegenwart tauſend mahl tauſend Heiliger Engel und der unzehligen Menge aller Auserwehlten, die von Anbeginn der Welt durch das Blut des Lamms gezeichnet und aufgenommen worden ſeynd ins Reich der Glorie und Herrlichkeit.

a) *In cit. Præfat. pag. m.* 13.

## §. CXLVIII.

*Chriſtoph.* SCHWANMANNUS, a) Syndicus Buxtehudenſis, libellum emiſit, quem *Melodeſiam* b) inſcripſit, continet Epigrammata, votis, ſuſpiriisque ſacris & rhytmis Teutonicis referta. Sibimet ipſi c) vivus adhuc ſequens poſuit Epitaphium:

*Hac ego CHRISTOPHORUS* Cygneæ ſanguine Gentis
*Ultimus, anguſta dormio nudus humo.*
*STADA mihi cunas, tulit OTTRENDORPIA vitam.*
*BUXTHUDA tegit, cecini Jura Cygnea ſacra*
*Terreus incinui, ſed ſpiritualis in aula*
*Numinis, exitus morte ſtupenda canam.*

a) *De eo* vid. *Dn. a* SEELEN, Schediaſma *de Memorabilibus Buxte-*

*Buxtehudenſibus*, 1722. 4. pag. 13. Ubi & SCHWANMANNUM Ornamentis urbis Buxtehudenſibus, quæ unquam habuerit, accenſet.

b) Prod. *Arnſtadii*, a. 1648. 12.

c) Eruditos, *qui ſibimet ipſis Epitaphia poſuêre*, collegit, Bernhard, in der curieuſen Hiſtorie der Gelehrten, *Lib. IV. cap.* 21. *pag m.* 823. itemque AUTOR *Obſervationum Miſcell. Tom.* I. *pag.* 476. *ſeqv. Tom.* II. *pag.* 301. *ſeqv.* & *Tom.* III. *pag.* 134. *ſeqv.*

## §. CXLIX.

*Davidis von* SCHWEINITZ a) Nobilis Sileſii & Conſiliarii Lignicenſis, piiſſimi conatus ſunt:

Gute Gedancken von Prüfung des Gewiſſens, b)
Geiſtl. Davids-Harffe, c)
Todes-Gedancken, d)
Die kleine Bibel, d. i. Summarien über die H. Bibel, e)
Geiſtl. Hertzens-Harffe.

nec non variæ cantiones, ut: f)

O Menſch ſchau JEſum Chriſtum an ꝛc.
O Menſch wilt du GOttes Reich ꝛc.

a) De Viro hoc *vid. Dn. NEUMESTERI, Diſſ. de Poëtis Germ. pag. m.* 97. qui ex judicio Nobil. *HAUGWITII*, notat: quod *in carminibus quibusdam Autoris magis pietas, quam elegantia laudanda veniat, conf.* Wetzels, Hiſtor. der Lieder-Dichter, *Part.* III. *pag.* 144. *ſeqv.* Ubi inter alia in laudem noſtri refert:

Digitized by Google

